



MANUDUCTIO
Ad
UNIVERSUM JUS CIVILE ET CANONICUM,

CONTINENS

I. B. DN. BENEDICTI CARPZOVII METHODUM de studio Juris rectè & feliciter instituendo.

II. DANIELIS KEYSERS HISTORIAM JURIS CIVILIS.

III. NUCLEUM INSTITUTIONUM, Definitiones, Divisiones & Titulorum Connexiones præcipuas exhibentem.

IV. GEORGII BRUCKSULBERGII MEMORIALE JURIDICUM, qvo Series nexusqve Librorum Juris, imprimis Digestorum & Codicis, unà cum variis qvæ discentibus viam parare possunt, ostenduntur.


V. JOHANNIS SERPILII compendiosam JURIS CANONICI & CIVILIS delineationem.

VI. GENERALIA utriusqve Juris AXIOMATA.

OMNIBUS JURIS TYRONIBUS
utilis & necessaria.

FRANCOFURTI ET LIPSIÆ,
Sumptibus CHRISTIANI WEIDMANNI,
Literis COLERIANIS, 1677.

C





CUPIDÆ LEGUM JUVENTUTI S.

DE methodo Jurisprudentiæ vel tractandæ vel addiſcendæ multi multa ſcripſerunt. Præ cæteris placent, qvæ à BIÇCIO IN PRÆFAT.

RER. QVOTID. eleganter exhibita, & à DN. CARPZOVIO olim tradita, huic libello vero præfixa. In eo tamen omnes conveniunt; A simplicibus esse incipiendum, & ad difficiliora progrediendũ. Ita omninò. Est enim sua studiis infantia. Præclarè hinc ARISTOTELES

❧ o ❧

LIB. I. ETHIC. I. PRIUS, inqvit, LINEAMENTA PRIMA DUCENDA SUNT, ET OPUS INFORMANDUM, PÒST VERIS COLORIBUS UTENDUM. Idqve in qvavis arte docenda faciendum est. Ut taceam cæteras disciplinas, vel maximè in Jurisprudentiæ studio se exserit, cujus amplitu-

dinem & difficultatem norunt illi, qvi aliqvandiu in hoc pelago fluctuati. Cum verò nihil ad juvandam memoriam utilius, nihil qvod in repetendis, memorandisq́; legum Capitibus qværentem magis juvet, qvam pervidere promtamq́ve ob oculos habere, οἰκονομίαν & ſeriem inte-

tegram omnium tractuum ac titulorum, qvi voluminibus juris ordine comprehenduntur, ut refert WESENBEC. IN PRÆF. OECON. COD. ideò in præſenti libello delineatio Jurisprudentiæ generalis, velut ἰχνογραφία qvædam demonſtratur, qvæ præparamentum aliqvod, anteqvam va-

ſto Juris Oceano ſe committant juris tyrones, eſſe poterit. Exhibetur enim hic juſta Titulorum in Codice, Digeſtis & Inſtitutis occurrentiũ ſeries. Proponuntur Imperatoris Sacratiſſimi ductu Definitiones, Deviſionesq; niſigniores. Oſtenduntur Leges famoſiores. Adjiciuntur

præ-

præterea generalia utriusqve Juris axiomata. Et ne qvicqvam, qvod animum Studiosi juvare possit, desit, inseritur, tum historia JurisCivilis; tum etiam Juris Canonici brevis delineatio, ut ita, qvasi in una tabella singula, qvibus Juris tyrones carere non possunt, repræsenten-

ten-

tentur. Fruere hisce L. B. nec dubites, qvin, si probè hæc memoriæ mandaveris, animus tuus ita simplicibus enutritus, ad altioris prudentiæ scientiam facilius sit perventurus. Vale!

Beati


Beati Dn. D. Benedicti Carpzovii
CERTA METHODUS,
De ſtudio juris rectè & feliciter inſtituendo.

IN NOMINE JESU!

DE certâ methodo, ac ſtudio juris rectè & feliciter inſtituendo cùm multi ſcripſerint.præ aliis v. Nicolaus Reuſnerus in Cynoſura juris, HERMANN. VULTejus in prolegom: Jurisprudentiæ Romanæ præmiſſo; JOH. DAUTH in oratione tractatui de Teſtamentis inſertâ, & noviſſimè Nicol. Henelius in otio Vratislav. cap. 53. Ulterius qvidqvă hiſce ſuperaddere fruſtraneum videtur: Attamen qvia haud ubiq; conveniunt, & noſtra animi ſenſa proferre lubeſcit, ita ſc. ut poſitis aliqvot monitis generalibus, qvid in ſpecie ſingulis annis (Qvinqvennio enim juris ſtudium abſolvendum vulgò tradunt,) ſuſcipiendum ac tractandum Divinâ favente Gratiâ notemus.

GENERALIA.

I.


Nte omnia studium juris aggressurus navet operam, ut non modò in virum ac JCtum doctum, sed etiam pium & Christianum evadat, nec suffragio suo approbet Vigilii apophthegma: Bonum JCtum malum Christianum esse, vel eorum ambulet errorem, qvi cum Cujacio Religionem non pertinere ad Edictum Prætoris lingvâ petulanti asserunt: Eapropter commendatum sibi habeat Codicem sacrum, nec unquam laboris quidquam suscipiat, priusquam unum atqve alterum caput Biblicum attentè & devotè legerit; Articulos & fundamenta Religionis Lutheranæ bene habeat perspecta ex compendio Leonhardi Hutteri Theologico cum notis Cundisii, Exegesi Augustanæ confessionis editâ à Balthasare Menzero, aliusvè Doctoris Theologiæ scripto.

(2) In primis v. diebus Dominicis studió Juris sepositô, conciones frequententur, prædictaque compendia Theologica, si anteà id nondum factum, ediscantur: Et quod benè notandum, sub præsidio Theologi vel saltem candidati alicujus Theologiæ finitis Sacris Disputationes suscipiantur Theologicæ saltem inter privatos parietes, quam ad rem theses juxta seriem Locorū Theologicorum à D. Johanne Gerhardo præscri-

præ

ptæ tractari, cumq; iis tradita in Locis illis conferri possunt. Aliô tempore si placuerit studioso Juris, diebus Dominicis Locos Theologicos Lutheri à M. Timotheo Kirchnero summatim congestos, vel etiam D. Chemnitii scripta in Concilium Tridentinum attentè perlegere, ac sibi facere familiaria insignem indè percipiet usum, & profectus in studio Theologico sufficientes.

(3) Non modò autem die Dominicâ, sed etiam unâ vel alterâ die singulæ cujusque septimanæ pro ratione prædicantium, devotionis, aliarúmque circumstantiarum audiantur conciones matutinæ: Quin & nunquam studiosus Juris laborem aggrediatur præmissâ haud Lectione Biblica unius & alterius capitis, precibus ad DEUM pro obtinendâ benedictione Divinâ fusis, iisque unâ vel alterâ additâ cantilenâ Lutheri, veluti: Veni sancte Spiritus &c. vel; GOTT der Vater wohn uns bey etc. idque non modò horis matutinis, sed etiam pomeridianis, quotiescunque labores suscipiuntur ordinarii.

(4) Addi hisce possunt annis seqventibus Commentarii in Biblia Theologorum Crameri, Osiandri, vel Biblia cum notis Theologorum brevissimis Principum Vinariensium; Quin & Tomi Lutheri Germanici, vel qvæ ex iis decerpta sunt ex aliis scripta & libelli, prout cuique sua suggerit devotio.

(5) Vix autem progredietur feliciter Studio-

ſus Juris, ſi non primò Titulum de Regulis Juris, & Tit. de Verborum ſignificatione omni ſtudiô perluſtraverit,& ſi fieri pt. memoriæ infixerit; Tantò felicius verò id ceſſurum certò credat,ſi hiſce jam inſtructus ad Academiã ſe conferat;& anno ſequenti commentarium aliquem ſuper iis legat & benè notet.

(6) Porrò & Regulas alias atque axiomata juris, quæ paſſim in corpore Juris occurrunt, certo aliquo libello conſignet, memoriæ mandet & ſæpius repetat; Quin & Lexicon aliquod, ut eſt Schardii vel Calvini,ſemper ad manus habeat,unde verborum ſibi adhuc ignotorum intellectum percipere queat.

(7) Cumque absque cognitione Philoſophiæ,inprimis autem Ethicæ, quæ Juris quædam principia proponit; Et Logicâ ad diſſerendi rationem ſpectante non magis jus commodè diſci poſſit, ac ſi omni Lingvarum Latinæ & Græcæ cognitione quis deſtitueretur; Studioſum & Lingvis & partibus hiſce Philoſophiæ inſtructum ad juris ſtudium accedere oportet, aut etiamnum ea addiſcere, ne poſtmodùm ignorantia obicem ſtudiis ſuis ponat.

(8) Non minùs quoque Rerum Romanarum Hiſtoria ſtudioſo Juris ſit commendata, quam ex Forſteri ſcriptis percipere valebit. Quo & refero ſtudium politicum, quô æquè ſit occupatus legendo vel Schönborneri Politicam,vel Königs Theatrum politicum, & de Jure publico Theodori

dori Reinkings tractatum de Regimine Seculari & Ecclesiast.co, nec non Johan. Limnæi politica.

(9) Studium Philologicum in quantum in Scholis id tractare licuit, haudquaquam negligat, sed continuet illud vel saltem horis subcisivis, ne indoctior evadat JCtus, qui anteà doctior erat Philosophus.

(10) Ac ne manibus illotis studiosus Jurisprudentiam aggrediatur vel priusquam librorum, Constitutionum ac Legum in Pandectis, Codice, Novellis, Institutionibus, Usibus Feudorum, & Canonum ac Decretorum Pontificum, quoque ordine prodierint, & quibus literis ac notis scribi debeant, qualem acquisiverit notitiam, ad ipsam properet materiei tractationem, maximoperè pro informatione rei hujus legendi sunt Authores, qui ea omnia justo tradidére modo, inter quos præcipui ferè sunt Hermann Vultej. in prolegom. Jurisprudentiæ Romanæ, Helfricus-Ulricus Hunnius de Authoritate & Interpretatione Juris, Matth. Stephani in præfat. lib. 3. de Jurisdict. Quibus postmodùm subjiciatur lectio Institutionum Justinianearum cursoria, & si placuerit Jurisprudentia Romana Vulteji, qvin & Welenbecii Oeconomia Juris, & paratitla Cujacii.

(11) Necessum quoque est, ut primo statim accessu tyro juris seriem & rubricas titulorum in pandectis pariter & Codice probè noscat; Quâ in re multum adjumenti præstabunt

 præ-

prædicta Oeconomia Juris, & paratitla Cujacii, titulorumque lectio ac repetitio, ne in Legibus quærendis opus habeat confugere ad indicem, quod ab aliis, præsertim in disputationibus haud absque dedecore observabitur.

(12) Disputatorium Exercitium haud est negligendum, tumultuariè tamen non instituendum; Sed cavendum (1) Ne duobus in Collegiis disputatoriis vel etiã pluribꝰ simul labores ejusmodi in se suscipiat studiosus, eosque ultra vires suas cumulet. (2) Ut justô procedat ordine, initium faciendo ab Institutionibus, deindè ad Collegium pandectarum, ac tandem Feudale se conferat, quin & datâ occasione in disputationibus publicis sese quandoque exerceat. [3] In Collegiis privatis nequaquam subsistat in una vel altera thesi, nec officio suo satisfecisse sibi persvaderi patiatur, si argumentis instructus accesserit; sed totam disputationis materiam ac singula quæq; in illâ proposita legat, ad textus Juris revocet, Leges in quibus assertio fundata probè ponderet ac notet, cum rationibus dubitandi & decidendi conferat, & non aliter ac si ipsemet Respondentis vices suscepisset, omnes theses examinet, inque earum veritatem diligentissimè inquirat. [4] Maximoperè autem studiosus caveat, ne in disputationibus sit contentiosus vel gloriolæ alicujus aucupandæ potius quàm discendi gratiâ opinioni suæ nimis præfractè inhæreat, sed veritati modestè cedat.

13. Le-

(13) Lectio Digestorum & Codicis cursoria, num studioso Juris sit proficua, nolo eqvidem decidere; dubito nihilominus & vereor, ne multum temporis tali lectione consumatur absqve ullo fructu; ideoqve svasor esse mallem, ut Collegium Justi Mejeri Argentoratense (in qvo ordine debito singulæ Leges & textus Juris reperiuntur ac materiæ qvæqve tractantur) in locum cursoriæ Lectionis surrogetur, ita tamen, ut textus allegati principaliores ex ipso corpore Juris petantur ac perlegantur.

(14) Locorum Communium utilitatem non negaverim; Sed cùm immensus fere labor eorum existat, præsertim si primis statim annis studiosus lecta qvæqve, ipsi qvidem scitu digna, per se tamen communia & leviuscula annotare nitatur. Ne itaqve tanto gravetur labore, fecerit rectiùs, si Collegio prædicto Argentoratensi vice Locorum Communium utatur, & paginis singulis interjectâ purâ chartâ, qvæ difficiliora & ponderosa sunt, nec non ad intellectum textuum vel materiarum conducunt, propter memoriæ labilitatem adscribat & consignet: Non parum qvoqve Studiosi memoria juvabitur, si corpus Juris Gothofredi in folio sibi comparet, & in margine ad textus cujusqve materiæ principaliores & fundamentales pennâ ad minutam scripturam accommodatâ necessaria qvæqve annotet.

(15) Repetitio tandem, qvia multum utilitatis

habet nunqvam omittenda erit, sed studiosus lecta auditaqve in peculiari libello consignata certô tempore ad hoc destinatô, inprimis vero cùm dormitum it, meditetur, repetat atqve ruminet, ne rursus memoria excidant & qvasi in fumum abeant, qvæ anteà non absqve multo didicit labore.

SPECIALIA.

POsitis hisce, perspiciendum nunc erit, qvid studiosus Juris singulis annis tractare, qvamqve methodum in jure addiscendo observare debeat.

(1) Ac primô qvidem annô, cùm jam Regulas Juris, ac titulum de verborum significatione didicerit, aliaqve necessaria, de qvibus anteà dictum, observaverit, ad Institutiones Juris sivè Instituta accedat, & primâ vice cursim ea legat, posteà accuratiore curâ repetat adhibitô comentariô Johannis Borcholts.

(2) Perlectô hoc Autore denuò repetat Institutiones, simulqve adhibeat Commentarium Hermanni Vulteji, & Collegio Institutionum Disputatorio se addicat, ut eorum, qvæ in commentario didicit ac percepit, pleniorem consequatur intellectum: Qvo in Exercitio monita supra num. 12. probè observari velim, nedum argumentis & obstatiunculis solùm inhæret, ipsam disputandi materiam negligat.

(3) Addat hisce studiosus Paratitla Wesenbecii, justo tamen ordine hæc omnia, ita ut singulis

die.

diebus, exceptâ die Dominicâ, aliovè tempore ad disputandum destinatô horis matutinis lectione Biblicâ ac precibus præmissis legat patatitla, dein Commentarium ad Institutiones, & lecta cum thesibus ad disputandum eâ vice propositis conferat, omnemqve operam impendat, qvô cujusqve materiæ verum conseqvatur intellectum, qvâ in re si dubium aliqvod resideat, multum à præside juvabitur.

(4) Cumqve unà studium Historicum & politicum veniat tractandum, ultima hora antemeridiana consecrari poterit studio Historico: Et qvidem annò hoc primò studiosus Historiam Johannis Schleidani de statu Religionis, nec non de qvatuor Monarchiis, cum Methodo Historiarum Bodini vel Chronico Carionis perlustret.

(5) Post prandium sive horis pomeridianis, rursus Lectione Biblicâ, & precibus præmissis, pergat tyro in studio Institutionum, perindè ut fecit tempore matutino, ex Monito 3. Horam tamen ultimam non Historiis, sed studio Politico assignet, legendo scil. Schönborneri Politicam, vel Reinhardi Königs Theatrum politicum, sed caveat sibi à lucubrationibus nocturnis, nec unqvam post cœnam ad studia redeat, ne id somno sit impedimento, & sanitati nocumento.

(6) Et qvô habeat, qvod in Collegio Disputatorio Institutionum opponere & proferre qveat, eatenùs indulgeat Theoriæ, ut legat com-

mentarium D. Helfrici-Ulrici Hunnii, qvi omnes ac singulas fere controversias in Institutis occurrentes studiô singulari ex aliis congessit, qvibus benè conderatis aliundè rationes dubitandi & decidendi, vel objectiones & responsiones petere necessum non habet.

(7) Anno Secundo & Tertio progrediatur studiosus ad Digesta & Codicem, & precibus cum Lectione Biblica præmissis, legat horis matutinis & Antemeridianis Wesenbecii paratitla, & Collegium Mejeri Argentoratense ex monito 13. & 14. suprà in generalibus; Horâ ultimâ v. Thuani historiam aliamvè qvæ pro re nata videbitur.

(8) Idqve studium repetat horis pomeridianis, additâ Jurisprudentiâ Hermanni Vulteji alisvè Authoribus, qvi in materias Juris sunt commentati horâ ultimâ juri publico consecratâ, cujus notitiam sibi comparabit insignem ex Scripto methodico Theodori Reinkings de Regimine seculari & Ecclesiastico.

(9) Hôc etiam bienniô freqventet velim studiosus Juris Collegium Treutlerianum, cumq; eo Lectionem Digestorum & Codicis conjungat, nec studium hoc aliter tractet, qvàm in Collegio Institutionum disputatorio ex monito speciali 2. Adhiberi etiam hîc poterit Commentarius Donelli vel Duareni, prout visum fuerit, nec non Hunnii animadversiones & Bacchovii notæ ad Treutlerum, ut ex illis objectiones ac responsiones

nes

nes congestas in penu habeat, qvi aliis Authoribus destituitur, vel si spatium & tempus omnes perlegendi deficiat.

(10) Hisce noster subjungat Lectionem Novellarum non saltem ob insignem Aulæ Romanæ stylum, sed eum inprimis in finem, qvò correctiones Juris vetusti noscat: Constitutionum verò Novellarum explicationem suppeditabit sufficienté Conradus Rittershusius in Expositione Novellarum Constitutionum methodicâ.

(11) Seqvitur Annus Qvartus, in qvo studiosus in id operam dabit, ut notitiam qvoqve Juris Canonici & ConsvetudinumFeudalium conseqvatur; Illius eqvidem haud exactissimam, propter superstitiosa qvin & impia Pontificum Decreta: Sufficiat ideoqve legere Institutiones Juris Canonici cum notis Joachimi Stephani, additisqve differentiis Juris Civilis & Canonici Rittershusii, & præmissâ præfatione Matth. Steph. ad libr. 3. de Jurisdict. ubi de Autoritate & serie Juris Canonici disserit benè multa.

(12) Juris autem Feudalis cognitio reqviritur accuratior, qvam studiosus sibi comparabit ex diligenti Lectione tractatûs, qvem de rebus & controversiis feudalibus scripsit Helfricus-Ulricus Hunnius, qvarum synopsin parili methodo observatâ succinctè tradit Carpzov. in disputat. feudalibus, qvæ in volumine disput. Juridico-politicarum reperiuntur.

(13) Hisce addantur partitiones Feudales Rit-

tershusii pro ratione temporis Hermannus Vultejus de feudis; Neglectô haud qvaqvam exercitiô feudali disputatoriô, in qvo multum juvabitur ab Hunnio, qvi ex aliis Feudistis objectiones & Responsiones singulari studio congessit.

(14) Neqve hôc Annô noster studium Historicum & Politicum intermittat, sed horâ ultimâ matutinâ Historiam Augusti Thuani perindè ut annô præcedente continuet; horâ vero ultimâ pomeridianâ hoc & seqventi annô legat Politica Limnæi; qvæ ipsi sufficientem dabunt juris publici informationem.

(15) Studiosus in Theoria per qvadriennium edoctus, Annô qvintô se conferat ad usum Juris forensem; inprimis autem si aliqvando in Locis Saxonicis commorari satagat, Juris Saxonici notitia ei sit commendata, qvam acqvirere potest ex Constitutionibus Saxonicis: Nec enim opus habet Lectione textuum Jurium Saxonicorum in Landrecht & Weichbild/ qvippè qvod Juris hujus Authoritas ex sola dependeat observantia, In Constitutionibus igitur Saxonicis Electoralibus subsistat, easqve præmissa præfatione. Matth. Coler. de process. execut. ubi de origine Juris Saxonici haud pauca docet, diligenter legat, addatqve differentias Juris Civilis & Saxonici Zobelii, qvin & Semestria Molleri, Conclusiones Berlichii, & si placet, Jurisprudentiam Forensem Carpzovii, in qvâ qvicqvid in foro

Saxo-

Saxonico ferè occurrit, reperiet; Perlectis hisce accedat ad Lectionem Hartm. & Modestin. Pistor. Qvæstionum & observationum; Datâqve occasione ipsam Praxin aggrediatur, & de consortio Advocati alicujus docti, honesti & pii sibi prospiciat, non saltem ut Processum benè discat, sed etiam de caussis ipsi demandatis informatus in foro Advocati vices qvandoqve gerat.

(16) Sed hæc omnia eò pertinent, non qvòd Lectiones publicæ & conversationes cum viris & Commilitonibus doctis ac piis sint negligendæ; Sed ut studiosus sciat, qvos potissimùm durante qvinqvenniô præ cæteris Autores legere, & qvô ordine qvâqve methodô Jura discere debeat. Inprimis autem pietatem ubiq; colat, & labores antemeridianos pariter ac pomeridianos semper cum precibus incipiat & finiat, Deoqve gratias immensas agat.

Salvô rectiùs sentientium judiciô!



HISTORIA JURIS

Civilis, Feudalis, Canonici, Novissimi, sive Publici,

unà cum

Regulis 36. Theoretico-Practicis

elaborata

à

DANIELE Käyser/J. U. D.

Profess. Publ. & Adv. Aul. Coburgi.

IN NOMINE JESU!

PARS I.

DE JURE CIVILI.

POpulus Romanus initio sine lege certâ vivebat, omniaqve ad arbitrium Romuli, (*primi Regis Romanorum, à qvo etiam, interfectô ejus fratre Remô, Urbs Roma suum nomen traxit*) gubernabantur, *l.* 2. §. 1. *ff. de O. J.* (*De Conditoribus LL. à Mose,*

usq;

usq; ad Numam Pompilium, qui Romulo successit in regno, & primas leges Romanis edidit, fit aliqualis mentio in can. 1. dist. 7)postea, Civitate aucta, Juris Origo dimanavit ex legibus Regiis, i. e. ex iis, qvas à Regibus populo Romano latas, Servius Tullius conscripsit, (Wes. *in π. de O. J. n. 2.*) hæ, qvoniam illarum Curiarum, in qvas divisus erat à Romulo populus, sententiis & approbatione perferebantur, Curiatæ vocatæ sunt: (*i. e. Curiatim latæ; convocatus enim populus in 30. Curias divisus, rogabatur, ad sententias LL. quæ ferendæ fuissent, vel probandas, vel improbandas; & talis populi congregatio Comitia Curiata dicebatur: Hinc* Svetonius *in Augustum ait; Tiberium à Cæsare in foro lege Curiatâ esse adoptatum. i.e. suffragiis populi per Curias collectis: De his LL. Curiatis vid. qvoq;* Ordolph. Fohm *in Vindic. Maurit. ap. D. ... um. de jur. publ. Vol. 2. disc. 23. p. 680.*) ...ones autem illæ à Sexto Papirio Jurisconsulto ...num volumen collatæ erant, qvod jus Papi...um postmodum appellatum fuit (§. 2. *d. l.*) exactis Regibus, (*ut* Tacit. *1. An. pr. loqvitur, ultimo nempe exactô Rege Tarqviniô Superbô propter violatam Lucretiam postea non ... statius Monarchicus, sed incæpit Aristocra... , & qvemadmodum summa potestas ab initio penes Reges erat, ita postmodum devoluta ad Consules, uti patet ex §. 14. & 16. Ib. ...us autem primus Consul erat juxta §. 25. d. l.*)

d. l.)Lege Terentiâ, vel ut aliis placet, lege Tribuniciâ omnes ferè abrogatæ in desvetudinem abierunt (*inprimis, cum magis ad statum publicum, qvàm privatũ pertinerẽt, ideoq; in controversiis decidendis non sufficerent*)cœpitqve Romanus populus per 20. propè annos incertô magis jure & consvetudine, qvàm scriptâ lege uti (§. 3. *d. l.*)ne autem diutius fieret, placuit 10. constituere Viros, qvi leges partim ab Atheniensibus & Lacedæmoniis, partim è patriis consvetudinibus, desumptas, (§. 10. *J. de j. n. g. & c. ut diffusè apud* Diodorum *l.* 12. *succinctius verò apud* Titum Livium *l.* 3. *ab urb. cond. extat*,) tabulis æneis comprehendebant, ob defectum verò nonnullarum rerum ad easdem tabulas adhuc duas adjecerunt, & sic ex accidenti appellatæ sunt 12. Tabulæ, (§. 4. *d. l. de O. J. interdum leges Decemvirales, interdum 12. tabulæ promiscuè dicuntur*, Mynsing. *ad d.* §. 10. *n.* 6. *nomina autem eorum, qvi Leges has 12. tab. exposuerunt, exprimuntur in can.* 2. *d.* 7.) ne tamen populus Romanus in agendo pro lubitu pergeret, constituebant Actiones ad dirimendas controversias, & qvia solennes & certæ fuerant, legitimæ dicebantur (§. 6. *d. l.*) plebe verò cum Patribus in discordiam veniente, & in montem Aventinum secedente, exorta sunt alia jura, nempe plebiscita, (§. 8. *d. l.* & §. 4. *J. de j. n. g. & c. hoc jus à principio qvidem non totum populum Romanum, sed plebem tantum obli-*

obligavit, Gell. *l.* 10, *c.* 20, *postea verò L. Hortensii effectum est, ut eo jure, qvod Plebs statuisset, omnes Qvirites, i.e. Cives Romani tenerentur*, *l.* 2. §. 8. *ff. de O. J.* Plin. *l.* 16. *c.* 10. Liv. *1. dec. l.* 3. Gell. *l.* 15. *c.* 27.) paulò post ipsa necessitas curam administrandæ Reipublicæ ad Senatum deduxit, ut is se interponeret, qvale jus, qvod postmodum constituebat, *vel per singulorum sententias exqvisitas, vel per secessionem*, Gell. *l.* 3. *c.* 18 *& l.* 14. *c.* 7.) Senatus-Consultum appellabatur [§. 9. *d. l. &* §. 5. *J. ib.*] Eodem tempore Magistratus, penes qvos erat jurisdictio, Edicta, (*qvæ diversi ò respectu Annua & perpetua dicuntur*, D. Georg. Obrecht. *in tract. de princip. Jur. c.* 14. *p.* 236. *& seq.*) proponebant, qvale jus vocatur honorarium: (§. 10. *d. l. &* §. 7. *J. ib.*) tandem Principi iterum, rebus ita dictantibus, potestas data fuit, unde placita Principum (§. 11. *d. l. &* §. 6. *J. ib.*) qvi postea Jurisconsultis licentiam Respondendi concesserunt solenniorem; Hi Prudentes dicti, (§. 12. *&* 13. *d. l.* §. 8. *J. ib.*) eorumqve Professio, Jurisprudentia, qvæ in justi atqve injusti scientia posita est, (§. 1. *J. de j. & j. l.* 1. §. 1. *ff. ib.*) & qvia de justo atqve injusto consulebantur, Jurisconsulti, eorum Interpretationes, Prudentum responsa dicebantur: (*Qvod Veteres pro consilio respondebant, Justinianus postmodum speciali constitutione in Legis necessitatem transtulit*, Mynsing. *ad* § 10. *J. de testament.*

ſtament. n. 3. in fin. D. Obrecht. *d. tr. c. 15. n. 19. Horum autem Juriſconſultorum nomina deſcribuntur in* §. 34. *ſeqq. ff. d. l. de O. J. junct. Ind. Pandect. præfat. inter qvos inprimis fuit Publius Papirius, qvi Leges Regias in unum Corpus redegit* §. 36. *d. l. Lex Regia originem traxit ab Imperatorum & Principum Romanorum Monarchia per l. 1. ff. de Conſt. Princ. & qvidem à Julio Cæſare; nam ille primus videtur, qvi victô Pompejô libertatem populo Romano ſive vi, ſive ſimulacris, artibusq; callidis oppreſſit, juxta* D. Wurmſ. *exerc. 1. de jur. publ. p. 9. & per hanc L. Regiam omnis à populo in Principem collata fuit poteſtas, non qvidem ejus jus publicum penitus ſublatum, ſed ſaltem mutatum fuit, cùm ſcilicet populus Romanus in fide & Religione Principis, non qvidem perdendi, ſed cuſtodiendi, animo depoſuit. Per L. Regiam translatum eſſe imperium in Principē non cumulativè ſed abdicativè, ſtatuit* Govean. 2. *var. lect.* 30. Hortenſ. *ad* §. 6. *J. de j. n. g. & c. Lex autem Regia differt à Legibus Regiis* (1) *objecto; Leges Regiæ à Regibus Romanis erant latæ populo Romano, ſed L. Regia κατ' ἐξοχὴν appellatur ea Conſtitutio, ſive ut hodiè dicimus, Capitulatio, & propriè pertinet ad Imperatorem:* (2) *fine, ſecundum Leges Regias populus Actiones dirigere, & vitam agere cogebatur, ſed per L. Regiam in Imperatorem omnis transfertur poteſtas,* §. 7. *de*

7. de Concept. Digest.) Verùm, tanta insuper LL. accessio facta populi Romani, tam complures erant conscriptæ leges, tamqve copiosi extabant Interpretum Commentarii, ut cum Ipsorum Responsis conjunctis in librorum duo millia, versuum autem trecenties decem millia, extenderentur, (*uti patet ex proœm. ff. de Rat. & meth. Jur. doc.* §. 1. *pr. &* D. Biccii *Aurea Jur. Civ. Justin. in præloq.* §. 3. *Ideoq; longè ante Justiniani tempora Commentariorum qvasi qvædam colluvies jus civile occupârat, ut propterea neminem in admirationem rapiat, si adhuc hodiè qvam plurima extent Interpretum opera, ex qvibus tamen Studiosa Juventus potius confusionem, qvàm exactam scientiam haurire potest, uti qvoq; conqveritur* D. Schultz. *in synops. J. J. pr. dedicat.*) Qvapropter Julius Cæsar Imperator Romanorum primus, ex immensa hac atqve diffusa LL. copia, optima saltem & necessaria in certos qvosdam libros colligere in animo suo propositum habebat, sed eum mors violenta prævenit: (*nam Cassius & Brutus in senatu jus reddentem viginti tribus vulneribus confoderunt.*) Tandem Imperator Hadrianus (*cujus regimen A. C.* 119. *initium sumpsit, de qvô ferunt Historici, primum fuisse barbatum; ut igitur primus inter Imperatores, tegẽdis nempè faciei cicatricibus barbam aluit, ita & primus erat, cujus Cõstitutiones Codicibus illatæ fuerunt, inqvit* D. Biccius *d. l.* §. 4.) operâ

râ Salvii Juliani Jurisconsulti Edicta Prætorun in unum volumen non ita permagnum digessit (*ut videre licet in l. 2. §. 18 C. de vet. jur. en l. pen. C. de cond ind.*) qvod subseqventi tempore Papinianus, Ulpianus, Paulus, Cajus, & Scævola commentariis illustrârunt; postmodun Imperante Diocletianô, Constitutiones Princi pum Ethnicorum in duos Codices, sed privati potius, qvàm publicâ Autoritate, colligeban Gregorius, & Hermogenes, (*hinc est Codex Gregorianus & Hermogenianus*.)Hos subsecutus est doctissimus Princeps Theodosius Minor qvi Constitutiones Principum Christianorum unô volumine est complexus, qvod ab ejus nomine Codex Theodosianus fuit appellatum Imperatores igitur Romani immensas leges ad certum qvoddam corpus exactum redigere solicitè laborabant, illud tamen attingere, tanqvam opus difficillimum maximeqve arduum, aus non fuerunt: proinde Justinianus Imperator jus universum in corpus qvoddam certum, certisqve voluminibus distinctum colligere inchoavit (*fuit autem Justinianus laudatissimus juxta tabulam Chronologicam Cæsaream Cuspiniani, Imperator Constantinopolitanus 25. humili & obscuro genere ortus, natusq; Salone, qvæ urbs, Dalmatia postea, ut ipse in N. 131. testatur, Justinianea nova nominata fuit: Is autem, à qvo adoptatus, erat Justinus, ipsius Avunculus, qvi primum suum, deinde boum custos fuit;*

post-

posteaquam vero militatum abiisset, propter insignem corporis firmitatem, animiq; virtutem, & rei militaris studium, militiæ dux est creatus, tandemq; corruptis largitione militibus, Imperator factus: Apolepht. *de Impp. Orient.* 4. *Monarch. p.* 281. *ab hoc igitur Justino fuit adoptatus Anicius Justinianus, inq; Imperii societatem A. C.* 527. *quæ menses* 4. *duravit, adscitus: post mortem vero Avunculi, solus imperium, cum annū ageret ætatis* 44. *administrare incœpit Byzantii, hodie Constantinopolis, ubi Turcici Imperatoris Anti-Christi Orientalis sedes est, dicitur: in administratione sua Justinianus duorum usus est egregiâ summorum Virorum operâ, nempe militiæ, Belisarii, domi verò, Tribontani; Belisarius erat homo rei militaris scientiâ clarus, qui & Persas, Mesopotamiæ ac Syriæ bellum inferentes, multis prœliis fusos fugatosq; suos in fines repulit, omnemq; Orientem, Tigrim ultra Euphratemque, quietum pacatumq; reddidit, Vandalos, qui Affricam per Annos* 95. *occupârant, trium mensium spatiô devicit, & alia præclara gessit facta, de quibus.* Hotom. *in comment. ad J. J. de Justin. Imp.* vita D. Besold. *in syn. hist. univers. c.* 16. *p.* 271. *seqq. sed indignam mercedem reportavit, quia plerumq; virtus invidiam comitem habet, ita & ipse Belisarius dux fortissimus c[illegible] Imperatore Justiniano quorumdam m[illegible] [illegible]ertatorum hominum falsam delationem p[illegible] cogebatur, quasi*

qvasi affectaret imperium, ideoq; oculis privatus in exilium mittebatur, ubi ostiatim his verbis lamentatione plenis pecuniam colligebat Date Belisario obulum, qvem virtus evexit, sed invidia depressit.) Ad hoc igitur opus reformationis aggrediendum svasu atqve impulsu Triboniani Exqvæstoris sacri palatii, incitatu fuit: huic inprimis totius negotii curam non modò commisit, sed & permisit; qvapropter omnes priorum Imperatorum Constitutiones tribus in libris dispersas, nempè Codicem Gregorianum (*à Gregoriano ita dictum, qvi Imperatorum Constitutiones ab Hadriano usq; ad Valerianum & Gallienum continebat*) Hermogenianum, (*qvi Codex itidem ab ejusdem Autore ita appellatus complectebatur Constitutiones Claudii, Aureliani, Probi, Cari, Carini, Diocletiani, & Maximiani*) Theodosianum (*ab Imperatore Theodosio Minore, & habebat Constitutiones inde à Constantino M. usq; ad Theodosium latas*) in unum Codicem componi mandavit, eumqve suô nomine Justinianeum appelvit, atqve edidit A. C. 529. Idibus Aprilis, anno Imperii tertio (*uti constat ex subscriptione Constitutionis de Justinianeo Codice confirmando de qvo Codice accipiendæ sunt duæ illæ Constitutiones, qvæ in Historia Juris ante ff. & in Codice nostro ante librum 1. extant, una de novo C. faciendo, altera de Justinianeo Codice confirmando; Hujus autem Codicis jam commemora*-

ti u[...]

ti usus non fuit admodum longævus, nimirum ex 16. Aprilis An. 529. usq; ad diem 29. Decembris An. 534 quo posterior Codex, de quo paulò post mentio fiat, & quem hodie insertum in Corpore Juris habemus, suam Autoritatem accepit.) Qvoniam verò in Responsis Prudentum magna erat obscuritas, (*siqvidem eorum volumina propemodum erant infinita, & confusa; ideoq; nullius humana natura capacitate concludebantur*) qvapropter Justinianus A. C. 530. sedecim Viros, usu & juris potissimum scientiâ præclaros, elegit, ut opus illud aggrederentur, cui itidem Tribonianum Qvæstorem Virum acerrimi ingenii præfecit; in hanc rem prædicti 16. Viri sic omnes industriæ nervos intendebant, ut perbrevi temporis spatiô, nempè intra triennium idipsum perfecerint, atqve ex bis mille Prudentum libris, qvinqvaginta tantummodo Pandectarum sive Digestorum Eclogas enucleârint: *Hinc verum esse experimur; nihil tam difficile, qvin non qværendo investigari possit, ut* Terentius *ait in Heaut. act. 4. sc. 1. cum quo concordat* Seneca *de Ira l. 2. c. 12. & qvemadmodum Justinianus priorem Codicem ex variis Principum Romanorum Constitutionibus effecit, ita & ex reliqvis Juris Romani partibus, qua indicantur, in l. 12. §. 12. ff. de O. J. Digestorum seu Pandectarum libros composuit per duas Constitutiones, una est de Conceptione ff. altera de eorum confirmatione.*) Pandectæ autem

tem dicuntur qvasi πᾶν i. e. totum, & δέχομαι contineo, [Mynsing. *ad Proœm, J. J. §. 4. n.3* ab objecto, qvod omnia comprehendat, (*l. 1. §. l. 2. §. 1. Vers. qvod cœlesti, C. de Vet. ju enucl. qvod in se receperint omnes decisiones disputationes legitimas, vel qvod in illis ex om nibus juris scripti partibus collecta decision contineantur*; *hinc* Duarenus *de inscript. Pa dect. c. 2. affirmare non dubitat, nullum hod librum cujuscunq; disciplina, sive græcum si Latinum extare, qvi tantam rerum bonaru & utilium copiam complectatur.*) Digesta v rò dicuntur à forma, qvod ex multis Veterum l bris hoc opus sit congestum, (D. Hahn *ad VVe π. de j. & j. pr.*) vel qvia Justinianus hæc ju non confusè proposuit, sed certo ordine digessi (*Pac. in J. proleg. p. 3. in med.*) Dividuntur Justiniano in partes 7. (*nempè à l. 1. usq; ad est pars 1. à 5. usq; ad 12. pars 2. à 12. usq; a 20. pars 3. à 20. usq; ad 28. pars 4. à 28. us 37. pars 5. à 37. usq; ad 45 pars 6. à 45. us ad fin. lib. 50. pars 7.*) libros 50. & versu 150000. (*§. 1. seqq. de Conf. ff. ut ita librorum numerus hodie qvadragecuplò minor sit, & versuum numerus vigecuplò, qvam olim fue rit*) Libri etiam sunt suis titulis distincti, Titu Legibus, Leges deniqve paragraphis. (*Si sun prolixiores propr. ò Marte dividi possunt suis ver sículis.*) Hodierna autem divisio fieri potest 3. partes, in Digestum Vetus (*à libr. 1. & seqq*

Infor

Infortiatum (*à libr. 24.*) & Novum (*à libr. 39. cœpta est hac divisio, licet distinctione partim vocabulis, partim reipsâ, planè novâ & barbarâ, nempè tempore Bulgari & Azonis circa A. C. 1203. durante dissidio inter Philippum & Ottonem 4 Imperatores Romanos juxta theatrum chronologicum: & Digestum Vetus dicitur ab initio l. 1. usq; ad tit. 3. l. 24. infortiatum appellatur usq; ad tit. 1. l. 39. usq; hinc digestum novum usqve ad finem: dicitur autem vetus, qvod catera pracedat, novum, qvod seqvatur, infortiatum, qvod inter vetus & novum sit intermedium, & utriq; qvasi fercitum*) Deniqve ex confectis istis operibus Institutionum etiam libros, veluti totius legitimæ scientiæ elementa, jurisqve novissimi compendia, per Tribonianum, Theophilum, & Dorotheum, [§. 3. *J. proœm.* §. 3. *de Conf. Inst. ff.*] præcipuè ex Caji commentariis collectos, [§. 6. *in proœm. I.* & §. 6. *de Conf. J. in ff.*] ...raxit. [*usus qvidem est Justinianus in omnibus istis Illustrium Virorum, imprimis Triboniani operâ, §. 4 J. d. t. §. 1. de nov. Cod. fac. § 9. de Conf. ff. tamen & ipse recognoscendis iisdem incumbebat, pr. de Conf. ff. § 6. in fin. J. in proœm. omnibus, veluti suis propriis sanctis, plenissimum juris robur accommodabat, §. 7. de Concept. ff. §. 19. de Conf. ff.*] licet autem Institutiones prius editæ fuerint, nempe 21. Novembr. A. C. 533. Digesta verò d. 16. Decemb.

ejusdem anni, est tamen utrorumqve dies, ex qvô valeant, idem, nimirum 30. Decembr. anni prædicti, [§. *pen. & ult. de conf. ff. l. 2. §. pen. & ult. C. de Vet. jur. en Institutiones 4. libris absolvuntur, qvorum singuli suos habent titulos, tituli suos paragraphos; est autem titulus nihil aliud, nisi index rei subjectæ, idem & Rubrica dicitur per l. 1. §. 3. vers. recuperand. poss. ff. de interdict. qvod titulus plerumq; cocco aut minio scriptus ruberet; rubro autem opponitur nigrum, hoc dicimus idipsum, qvod titulo subjectum & plenius id, qvod titulus promittit, exponit: paragraphum sive παραγραφὴν Græci intellexerunt notam qvandam margini adscriptam, qvâ sententia præcedens distingvatur à subseqventi, juxta* Mynsing. *ad §. 4. Proœm. J. J. n. 3. in fin. cujus signum ab omnibus ita* (§.) *usurpatur:*] Paulò post Justianianus priorem Codicem à se editum ob supervacanea qvædam emendavit, & novum repetitæ prælectionis dictum confecit: [*Cùm enim Pandectis unà cum Institutionibus sic editis Justinianus Imperator animadverteret, multas in priori Codice contineri Constitutiones supervacuas, multas è contra à se promulgatas extra Codicis corpus vagari, qvas tamen Codici sub competentibus titulis inseri, necessarium foret ac utile, idcircò Triboniano, aliisq; eruditis Viris hujus rei curam imposuit, ac in mandatis dedit, ut priorem Codicem paulò antè à se editum recognoscerent,*

pur-

urgarent, & emendarent, superVacuas in eo xtantes Constitutiones tollerent, noVas Veiò on ita pridem promulgatas, eidem insererent, tq; ita Codicem meliorem, magisq; absolutum, & cum Pandectis jam congruentem reddecent) publicatus igitur die 15. Novembr. A. C. 34 [*uti patet ex inscriptione de emendat. Cod*] uthoritatem suam accepit d. 29. Decembr. usdem anni; talis est ille Codex in Corpore iris post ff. continens decisiones variorum Imiratorum ad juris Veteris Legumqve Pandectam emendationem comparatas, [§. 1. 3. 4. *de iend. Cod. qVando qVaritur, an leges in Codin hunc relata Pandectis derogent, negatur ulariter, excipiuntur tamen qVinq; Constiiones post Pandectas publicatas edita, scilicet . C. de praf. Afr. l. fin. C. de jurej. propt. l. fin. C. de testam. l. un. C. de Cad. toll. l. fin. le leg. har. qVa, qVatenus diVersum qVid à ndectis continent, iisdem derogare, tanqVam posteriores possunt. arg. l. 26. ff. de LL. & n ff. de Const. Princ.*) & in 12. Libros diviad exemplum [*ut nonnullis placet*] 12. tarum; (*hic obiter notandum, tres ultimos li- Codicis continere jus publicum antiqVissin, ideoq; & in allegationibus numerus appoler, V. g. l. 10. C. de Incol. in lib. 10. nam in qVis omittitur*) singuli suos habent titulos, i leges, leges paragraphos & versiculos, (*Leitem in C. inserta, non sunt ex Interpretum*

& Jurisconsultorum commentariis & respons[...] collectæ, veluti in ff. uti ex inscriptione illarum patescit, sed ex Imperatorum Constitutionibus promanant, qvi cum Interpretibus multò sin[t] digniores, volumen etiam hoc specialiter & κατ' ἐξοχὴν Codex appellatur.) Reperiuntu[r] qvoqve in hoc Codice minusculis literis clausul[æ] qvædam, ab Irnerio potissimum annexæ, qva[s] Authenticas vocamus [*Irnerius erat Jurisconsultus, qvi claruit A. C.* 1137. *tempore Imperatoris Lotharii, uti patet ex* Chron. Carion. *editâ à* D. Phil. Melancht. & Casp. Peucero *l.* 4 *p.* 668. Dresser. *in millena,* 6. *p.* 151. Alsted. *in systém. hist. c.* 23. *p.* 3024. *Hæ Authenticæ partim ab Irnerio LL. Codicis subjectæ, partim jussu Friderici* I. *Imperatoris in eundem relat[i] sunt, qvales extant* 11. *sed* 4. *præcipuæ sunt, nempè* Auth. *Cassa. C. de SS. Eccles.* Auth. *statuimus C. de Episc. & Cler.* Auth. *Sacramenta pub. C. si advers. vend.* Auth. *Habita. C. ne Filius pro pat. in qva privilegia studiosorum continentur)* Hæ autem pro Authenticis habentur, qvatenus Novellarum, ex qvibus desumtæ sunt, sententias exprimunt: (*qvoad Authenticas Friderici Imperatoris dubitare non licet, qvin eandem Auctoritatem habeant, qvam Constitutiones ab ipso Justiniano promulgatæ; cæteræ verò Authenticæ, numero* 211 *utpote* (51) *in l.* 1. [8] *in l.* 2. [13] *in l.* 3. (18) *in l.* 4. (51) *in l.* 5. (32) *in l.* 6. [14] *in l.* 7. [16] *in l.* 8. [8] *in l.* 9. *qvia ab Irnerio, homine privato, privatâ*

autho-

autboritate nulliusq; Imperatoris jussu ex Novellis Justinianeis decerpta sunt, ac Codici Justinianeo inserta, ideo per se qvidem nihil prorsus authoritatis habent, verum qvatenus cum ipsis Novellis conveniunt.) Etenim, cùm nullius Principis autoritate confirmatæ sint, cur Interpreti huic majorem, qvàm reliqvis, fidem habeamus? cur neglectis fontibus, ex his lacunis jus petamus? (*inqvit* Niellius *disp. feud. 2. th. 5. lit. c.*) nam sæpissimè alienam planè Imperat. Constitutionibus sententiam affingit, interdum clausulam adjecit, [*e. g. Auth. Bon. damn. C. de bon. proscript. in qva Irnerius bona damnatorum Ascendentibus, descendentibus, & Collateralibus usq; ad 3. gradum, si supersint, applicat, cùm tamen N. 134. c. fin. ex qva decerpta est prædicta Authentica, saltem mentionem faciat de iis, qvi ex linea Ascendenti usqve ad 3. gradum, & descendenti, non verò de iis, qvi ex latere sunt*) qvæ tamen non semper fontibus respondent: partim ea omisit, qvæ addenda erant, [*veluti l. 10. C. de usur. inseri debuisset* Authentica, *propter N. 121. & 138. Ita* Authentica: *si tamen abstin. &c. qva l. 5. C. de secund. nupt. subjecta, repetenda est post l. 6. §. ult. Ib. sic pœna militum, malè in* Auth. *ad hac. C. de Usur. omissa. Ita l. fin. C. qvi advers. qvos in integr. &c.* Authentica *ex N. 155, Ita l. 12. C. de donat. int. vir. & ux.* Authentica *ex N. 162. c. 1. subjicienda fuisset, veluti notanter observavit* D. Conr. Rittersh.

ad N. p. 3. *c.* 9. *n.* 10. *&* 29. *p.* 4. *c.* 5. *n.* 17. *p.* 8. *c.* 7. *n.* 9.) partim addidit, qvæ in N. & ipsa fonte desiderantur (*ut in* Auth. *Excipitur. C. de bon. qva liber.*) partim incongruô posuit locô (*ut* Auth. *unde & si parens. C. de inoff. testam. rectius sub titulo C. de inoff. donation. collocata fuisset, juxta* D. Rittersh. *ad N. p.* 5. *c.* 13. *n.* 2. Authentica. *Qvod obtinet. C. de probat. debuisset poni sub titulo C. commun. utriusqve jud. post l.* 10. *uti docet* Balduinus *in Justiniano p.* 578. *seqq.* Giphan. *in comment. ad d. l.* 10. Rittersh. *ad N. p.* 6. *c.* 7. *n.* 3. *qvi & in appendice ad N. annotavit* 34. *errores, qvos Irnerius circa Authenticas commisit.*) Ideoqve hoc axioma pro cautela semper tenendum est; qvotiescunqve discrepat Authentica aliqva in C. à N. desumpta, toties magis standum esse N. qvàm Authenticis, inprimis, cùm aliàs in jure tralatitiũ sit, ut in discrepantia Originalis (*ut loqvimur*) sive Authentici à transumpto vel exemplari, potior sit habenda fides Originali, qvam transumto sive Copiæ: Originalia enim sola probandi vim habent, non exempla, (*l.* 2. *ff. de fid. instrum.* D. Locam. *ad* § 13. *J. de testam. lit. a.*) nisi sint cum originali collationata, vidimata, & corroborata sigillô personæ publicæ: Multas autem Constitutiones post renovatum istum Codicẽ Justinianus fecit, & diversis temporibus promulgavit, qvæ sub titulo Novellarum & aliqvot Edictorum in Corpore juris ejusdem reperiuntur, ne enim Constitutionibus novis sæpius Co-

dex

dex repetitæ prælectionis dictus retractaretur, atqve ita vim & auctoritatem suam crebrâ mutatione amitteret, (*siqvidem juxta doctrinam Politicorum saniorum mutabilitas LL. etiam mutabilitatis causam in Republica arguit, ideoq; qvoad mutationem LL. difficillimè tardissimeq; descendant, qvi ad clavum Reipublicæ sedent, & LL. ferendis præsunt; nam præstat vel duriores & incommodiores aliqvas leges firmiter & inviolabiliter retinere, qvàm vel optimas commodissimasq; habere, à qvibus tamen crebrò & temere, leviq; momento recedatur: discimus hoc ex Oraculo* Thucydidis *gravissimi Historici l. 3. & ex* Arist. *1. pol. qvibus cum consentit* Ulpianus *in l. 2. ff. de Const. Princ. nisi exigat evidens utilitas, i. e. ut Respublica aliter salva vix esse possit: alias Authoritas Magistratus ob variationem à vulgo in contemtum venit, interdum etiam latis LL. durioribus se maximis exponit periculis, uti Exempla seditiosorum subditorum in Europa satis evincunt*) sancivit Justinianus, ut qvæ in posterum Principis nomine Edicta exirent, ea non in Codicem, sed in singulare N. volumen redigantur, (*l. un. §. 4. de Emendat. Cod.*) qvæ Edicta postea in unum volumen collecta sunt, qvod appellationem τῶν Νεαρῶν sive Novellarum, subintellige Constitutionum, sortitum est, eo qvod Constitutiones in illud relatæ post Codicem Justinianeum promulgatæ essent: Novellæ verò ἑλληνιστικῶς

στικῶς ita dicuntur, ut oporteat subaudiri, Constitutiones, sive leges, vel etiam decisiones: Autor autem earum idem est, qvi & J.D.& C. nempè Justinianus; [*& sicut Tribonianô velut Architectô usus est ad priora tria nobilissima juris Civilis opera constituenda, ita etiam ille ad N. contexendas idem inservüt Imperatori suo, teste* Constantinô Harmenopulô *libr.* 1. *tit.* 1. §. 10. Balduinus *tamen in protheoria de N. constitutionibus, qvam fecit Lovanii A.C.*1542. *aliter censet, fuisse harum Justiniani Constitutionum plures Scriptores, idq; indicare diversitatem gracanica phraseos, subindeq; variantē stylum: nonnulla etiam Novella tam Justini secundi, qvi filius fuit adoptivus Justiniani, qvàm Tiberii, qvi Justino secundo successit, cum Novellis Justiniani commiscentur, ut diligenter annotarunt* Cujacius, Agylæus, Rittershusius.) qvæ tamen ab eo non unô eodemqve tempore, sed successivè, necessitate ita postulante, ab anno imperii sui octavo usq; ad annū imperii 33. collectæ fuerunt, (*unde liber Novellarum diem non habet, sed varias Justiniani Constitutiones, diversô tempore latas continet, de qvarum tempore ex subscriptione judicari potest: & annô qvidem Imperii sui 8. vel 9. qvi erat annus Christi 535. sexendecim priores, annis verò subseqventibus posteriores N. eô ordine, qvo nunc sunt positæ, promulgata deprehenduntur, vid.* D. Vult. *in proleg. jurispr. Rom.*) sciendum etiam plerasq;

No-

Novellas græcè fuisse compositas, exceptis paucissimis, (*ut N. 9. 11. 23. 62. 143. 150.*) qvæ originaliter latinè sunt conscriptæ, (*hinc græca linguæ cognitionem, sine qva multa controversiæ expediri non possunt*, Coll. Jur. Arg. *ad L. Jul. rep. th. ult. l. 7. §. 1. de edend. licet non exactam, tamen aliqvalem sibi commendatam habeat etiam Studiosus Juris, ne cum pudore aliorum se cum trito illo adagio excusare cogatur: græca sunt, legere non possum; sive cum Ovidio, cùm in Ponto exularet, fateri: barbarus hîc ego sum, qvia non intelligor ulli:*) græcus verò Novellarum textus, (*qvi omnium confessione pro fonte habendus est*) diu latuit, velut obrutus ac sepultus tenebris: (*manuscriptus liber N. græcarum est Florentiæ in Hetruria, unde & Editio Florentina Pandectarum prodiit*) sed Gregorius Haloander Zvvickaviensis in lucem protraxit: (*in Constitutionibus Codicis pars major latinè scripta est, pauciores græcè, qva etiam ex Cod. Justin. infelicibus illis seculis, qvando in Occidentalibus partibus Imperii, græca ne legi qvidem, nedum intelligi poterant, planè perierunt, restituta ferè à Cujacio in observationibus*) latinæ versionis N. Interpretes sunt hi, Julianus Epitomator, Verus ille ἀνώνυμος, Haloander, Agylæus, & Contius. (*Latina igitur N. interpretatio prima est Juliani Antecessoris, qvi tempore ipsius Justiniani jura professus est, & hoc illustre encomium promeruit, ut diceretur*

νομικῆς φῶς, lumen Jurisprudentiæ; *hic autem Julianus Epitomator Novellas non vertit integras, neqꝫ ad verbum, ut vetus Interpres alter, sed in epitomen illas contraxit, eisqꝫ proœmia & perorationes sive prologos, & epilogos, detraxit, ipsâ duntaxat legislationis summâ retentâ: secunda latina versio Novellarum est vetus illa & semibarbara, qva in novem Collationes tributa est; in hac autem versione multa Novellæ desunt, qvas ex græcis libris supplevêrunt Haloander & Scrimgerus, verterunt autem tandem Henricus Agylæus, & Antonius Contius. Tertia latina versio est Gregorii Haloandri, qva Norimbergæ primum prodiit A. C. 1531. deinde & alibi recusa, maximè Antverpiæ A.C. 1575. tandem accesserunt huic supplementa Henrici Agylæi & Ant. Contii)* Glossatores & Expositores N. antiqvi sunt Accursius & Bartolus; recentiores sunt Wesenbecius, Cujacius, Regnerus Sixtinus, Speckhan, Arumæus, Rittershusius; &c. Non autem omnes Novellæ jus novum continent, sed in multis jus, qvod antea fuit, vel in Digestis, Codice, & Institutionibus Juris, vel etiam in aliis Novellis constitutum repetitur & confirmatur, interdum augetur, interdum abrogatur. *(sic v. g. l. fin. C. de jur. delib. per N. 1. l. 6. C. de secund. nupt. per N. 22. c. 27. l. 22. §. 4. ff. ad Senatuscons. Trebell. l. fin. C. commun. de leg. per N. 39. & N. 108. Ita N. 143 per N. 150. Ita §. 2. J. de donat.*

nat. l. 34. C. Ib. per N. 52 & 162, c. 1. §. 2. & c. 2. Item N. 1. per N. 39. & 92. confirmatur: l. 26. C. de Usur. per N. 106. immutata, sed per N. 110. restituta) Utilitas Novellarum non exigua est, nam si qvis forsan diceret; qvid mihi cum Novellis? annon satis habemus, qvod agamus, & discamus in Institutionibus, Digestis, & Codice? huic objectioni respondēdum est; nos Novellis carere non posse, qvi jus novum complectuntur, & jus antea receptum sæpè vel corrigunt, vel abrogant atqve immutant; sæpè etiam confirmant: reliqvos qvidem juris libros diligenter evolvere debemus, tamen imperfecta erit Jurisprudentia ex ipsis hausta, nisi colophonem addamus ex jure novo, qvod in Novellis continetur: fieri namqve posset, ut pars aliqva juris illius, qvod in J. ff. & C. libris continetur, correcta sit vel abrogata per jus posterius: rectè igitur contra Henricum Agylæum (*in præfatione ad Regem Hispaniæ Philippum 2. qvam libro suo singulari ad ea, qvæ in N jus civile attingunt, præmisit*) D. Rittershusius *in proœm. N. c. 8. n. 4. & 6.* in Novellarum Auditore idoneo cognitionem reliqvorum librorum Juris, lingvæ græcæ, & historiæ Romanæ, unà cum diligentia, reqvirit: deinde ad utilitatem & laudem Novellarum illud qvoqve vel maximè facit, qvia pleraqve in illis ad naturalem æqvitatem, remotâ nimiâ subtilitate juris, revocare studuit Imperator, magis etiam, qvàm anteà in Codice,

vel Digestis factum erat: videre hoc licet potissimum in successionibus ab intestato, & in tutelis, ubi differentiam omnem, qvæ erat inter Agnatos & Cognatos per subtilitatem juris introducta (*in l. 6. & 7. C. de legit. hæred. atqve passim*:) sustulit [*N.* 118. *c.* 4.] Ita in testamento, per qverelam inofficiosi rescindendo, constituit, ut non totum testamentū, sicut de jure antiqvo (*in pr. J. de hæred. qvæ ab intest. def. l.* 8. §. 16. *l.* 17. 19. 28. *ff. & l.* 13. *C. de inoff. test. l.* 17. *ff. de injust. rupt. &c.*) evacuetur, sed tantum qvoad institutionem, legatis verò in sua firmitate remanentibus, (*N.* 115. *c.* 3. *in fin.*) sic in legitima amplificanda (*N.* 18. *c.* 1. *contra l.* 6. *C. de inoff. testam.*) & in aliis aliqvot juris articulis æqvitatem ante oculos habuit. Sed utilitati Novellarum annexa est difficultas, cujus causa (1) est prolixitas, (*qvô vitiô etiam aliæ LL. laborant*) (2) Ordinis & connexionis defectus, (*cùm tamen in cæteris libris juris pulcherrimus ordo appareat, ut in suis paratitlis, & Oeconomia* Cujacius, Wesenbecius, Gyphanius, & D. Tabor *ostenderunt*: *sed qvædam Novellæ tempore compositionis posteriores, ordine fiunt priores, ut N.* 23. *antecedit compositione N.* 20. *licet numero eum seqvatur*; *qvod etiam accidit N.* 50. *qvæ tempore præcedit N.* 41. *juxta observationem* D. Rittershus. *ad N. p.* 10. *c.* 1. *n.* 17) (3) rerum planè diversarum conglobatio, earundem tædiosa repetitio, constitutarum abrogatio, (*sic*

N. 53.

. 53. & 74. *per N.* 117. *sic N.* 98. & 119. *per* . 127. *sic N.* 106. *per N.* 110. *immutata.*)(4) nepta interpretatio. (5) Editionum varietas.) Interpretum, de qvibusdam locis Novellarum, concertatio. Modus superandi has difficultates & salebras fit per remedia contraria, [v]orum, 1)est, prolixitatem in pauca contrahere.) inordinata in ordinem adducere. 3)malè conuncta segregare, sæpius repetita patientiâ vincere, mutata unoqvoqve loco annotare. 4) à dubia interpretatione veteri ad fontes recurrere. 5) n Editionum discrepantia judicium adhibere. 6) n controversis Interpretum sententiis, qvæ menti legislatoris & æqvitati convenientior, aut qvæ usu receptior, dispicere. (D. Rittersh. *ad N. in proœm. c. 5. n. 7. seqq. Videatur qvoqve Regula 10. generalis hujus partis primæ.*) Has igitur 4. Juris Justinianei partes, nempe Institutiones, Pandectas sive Digesta, Codicem, & Novellas, Corpus Juris Civilis vocare solemus. (*obiter hic notandum, Institutiones Juris allegari per J. J. Digesta per D. sive ff. Codex per C. Novella per N. Disqvirunt autem Interpretes, qvid sit in causa, qvod, dum Digestorum sive Pandectarum aliqvem locum allegare volumus, librum ipsum per duplex ff. signemus? Hujus rei rationem* Alciatus *l. 5. dispunct. c. 16. tradidit, qvia Veteres allegabant per π cum accentu circumflexo, sed scriptores librarii, & Notarii ob ignorationem græcæ lingvæ existi-*

mârunt esse binas ff. in qvam figuram facile fuit adjecto unco, gratam notam depravare; & hinc mala hac consvetudo inolevit:) Aliam rationem affert Catellianus Cotta *in memorab. aliam* Bernh. Watth. *in misc. l. 2. c. 4.*) Novellis conjunguntur 13. Edicta Justiniani, qvæ non ad certum aliqvem populum aut gentem scripta, sed in genere promulgata: alias qvoqve Constitutiones Julianus Antecessor retulit ab eodem Justiniano compositas, qvarum prior *sanctio pragmatica* dicitur, posterior est *de Ascriptitiis & Colonis*. Extant qvoqve aliqvot Constitutiones N. post Justiniani mortem adjectæ, ut sunt Justini Imperatoris(*hic successor fuit Justiniani, cognomento Caropalates*; Paulus *Jurisconsultus Aqvilegiensis, nepotem Justiniani fuisse scribit*: Zonaras, *consobrinum*, Cedrenus, *sorore Justiniani natum*, Paulus Diaconus, *Justinianum minorem appellat*, *juxta not.* Dionys. Gothofr. *lit. a. vid.* Apoleph. *de 4. Monarch. Impp. Oriental. p.* 287.) Tiberii. (*non erat Tiberius Nero 3. Imperator Romanorum circa A. C. 16. neq; Tiberius Claudius Imperator. 5. circa A. C. 43. sed Justiniani successor, Tiberius secundus, vel Constantinus dictus, sub qvo palatium regebat, teste* Paulo Diacono: Cedrenus & Zonaras *fuisse κόμητα τῶν ἐξκουβιτόρων scribunt.*) Imperatoris Leonis Novellæ 113. qvas edidit in æmulationem Justiniani: eo enim A. C. 563. Imperii sui 39. ætatis suæ 83. defuncto,

mox

ox cum dignitate Imperii Romani,etiam Le-
um ſtudium atqve diſciplina labi cœpit, ita ut
nis vix 40. à Juſtiniani morte elapſis, in Oc-
dente qvidem nulla, in Oriente verò, non ad-
odum magna earum amplius haberetur ratio;
nc,cum tempore Leonis Imperatoris cogno-
ento Philoſophi dicti,(*qvi aliàs vocatur Leo filius Baſilii,ut ipſe Leo fatetur in ſua Novella prima in fin. qvi ad imperium evectus A. 886. regnante in Occidente Carolo 3. Craſſo*)
egum totiusque Reipublicæ confuſio eſſe cœ-
ſet,ille Leo,exemplô Juſtiniani, primò Pan-
ctas collegit novas, voluminibus 6. & libris
, diſtinctas A. C. 890. cujus cauſam exponit
procœmio Novellis ſuis adjecto; & ita hoc
rpus Juris â Leone confectum; & ab ejus fi-
Conſtantino Porphyrogenita paululum e-
ndatum, in Oriente diutiſſimè obtinuit,Pan-
ctis Juſtiniani penitus contemptis ac ſup-
eſſis; qvamvis verò Illæ de jure Juſtinianeo
nulla corrigant,eò uſqve tamen earum auto-
s non proceſſit,ut jus Juſtinianeum planè ab-
verint, adeò, ut ne qvidem ipſius Leonis
mporibus cuſtoditæ fuerint, niſi fortè in rebus
de qvibus antehac in jure nihil erat conſti-
tum, (*ut N.* 57. 71. 89. 102. 103. 104.) vel
jus vetus explicant (*ut N.* 77.)aut ſupplent,
N. 5.) Ideoqve harum Novellarum nulla
regulariter authoritas, neqve vim probandi
inent (*qvando tamen non verſamur in de-
cideu-*

cidendis controversiis, utiq; ad rem illustrandam, qvatenus non sunt contraria, allegari possunt.) qvia publicâ seqventium Imperatorum Autoritate nō sunt receptæ, & ita non factæ pragmaticæ sanctiones: (Cujac. 17. O. 31. Dion. Gothofred. *in not. marg. lit. b.* D. Locam. *exercit. Justin. in proœm. q.* 3. D. Piccius, *in prælog. rer. qvot. n.* 20.) Etsi verò Carolus M. primus Imperator Germanorum circa A. C. 800. regnum Longobardorum, (*postqvam stetisset annis* 206.) everterit, juris tamen Justinianei, qvod in partibus Occidentalibus jam omninò exoleverat, in usum revocandi rationem inire non potuit, sed Lotharius (*qvi ad clavum Imperii sedit circa A. C.* 1125.) svasu Irnerii, Jura Justinianea Occidenti qvasi postliminio restituit, ad nos usqve continuata. Porrò adhærent Corpori Juris aliæ qvædam Constitutiones, veluti Heraclii, Leonis Iconomachi, Constantini Cabalini, Nicephori, Leonis Armenii, Theophili, Basilii, Leonis & Alexandri, Constantini Porphyrogenetæ, Romani Senioris, Nicephori Phocæ, Basilii Porphyrogenetæ, Romani Argyri, Zoæ, Michaelis, Isaaci Comneni, Michaëlis, Nicephori Botaniatæ, Alexii Comneni, Manuelis Comneni sive Emanuelis, Alexii Comneni secundi, Isaaci Angeli, Johannis Ducæ, Michaelis Palæologi, Incerti Imperatoris; hæ autem Constitutiones Imperatoriæ hodie in nullo sunt pretio. Ultimô locô adjecti sunt Canones

nones Sanctorum & Venerandorum Aposto-
lorum, per Clementem â Petro Apostolo Ro-
mæ ordinatum Episcopum (*hac est qvæstio altio-
ris indaginis, nam Pontificii committunt falla-
ciam petitionis principii, qvia prius ab iis pro-
bandum est, an unqvam Petrus Romæ fuerit, li-
cet Scriptores Pontificii asserant, tempore Clau-
dii Imperatoris A. C. 41. Romam venisse, jux-
ta* D. Besold. *in synops. histor. univers. c. 15. p.*
36. *pr.* D. Pastor. *in theatr. Elect. & Coro-
nat. Rom. Cæs. par. 2. §. 5. in fin. sed sit fides
penes Autores; siqvidem veritati & Scripturæ
sacræ hac assertio non est consentanea, in illis
enim altum est silentium de Petro, qvod un-
qvam Romæ fuerit, mentio saltem fit Pauli, in
Act. Apost. c. fin. v.* 30. 31.) in unum congesti,
Gregoriô Haloandrô Interprete; Hi Canones
qvoqve extant in Decreti tertia parte Corporis
Juris Canonici, post Canones, qvi inscribuntur,
Pœnitentiales. Anteqvam jam transitio ad ex-
plicandam historiam feudalem instituatur, prius
nonnullæ Regulæ generales ad hanc partem
primam spectantes, præmittendæ sunt: ordo enim
juris scripti & non scripti in judiciis est obser-
vandus, nam qvamvis Consiliorum volumina,
Legum coacervationes ab Advocato & Pa-
trono causæ litigiosæ proferantur, tamen adver-
sarius unô aut alterô verbô diluere atqve rejicere
potest, dicendo, ejusmodi allegationes esse juris
Romani, sed consvetudinem vel statutum mu-
nici-

nicipale diversum dictare, proinde unô oculô jus scriptum Justinianeum, alterô mores seculi nostri inspicere debemus, ne qvis experiatur, qvod graviter & scitè qvondam Seneca Ethnicus ille Philosophus dixit; *necessaria ignoramus, qvia non necessaria discimus*: & qvod Pomponius Jurisconsultus profert *in l. 2. §. 43. ff. de O. J. turpe esse Patricio, Nobili, & causas Oranti, jus in qvo versatur, ignorare.*

REGULÆ GENERALES.

I.

INqvirendum est, annon sit statutum de proposita controversiæ causâ scriptum, qvod in Civitatibus, municipale, alibi patrias leges, aut jus proprium alicujus populi vocare possumus. (§. 1. *J. de jur. nat. gent. & civ. l. 9. ff. de just. & jur. possunt scribi statuta, non solum ut aliqvid addatur, aut detrahatur legi generali, aut his, qvorum nullam mentionem lex facit, verum etiam contra legem generalem Romanorum*, Decius *ad l. 27. ff. de R. J. n. 4.* Dn. D. Richter *de succ. ab int. sect. 4. n. 8. hinc dicitur in d. l. 9. populos, partim suo proprio, i. e. Statutorum, partim communi juri, i. e. Legibus civilibus uti; & probantur Statuta sive Leges Municipales in tit. ff. de Decret. ab ordin. fac. rectè enim & hodiè appellaverimus Magistratus Ci-*

vita-

atum, *Ordines Decurionum*, *l.* 1. §. 1. *ff. quod isq; jur. Omnibus igitur Civitatibus commu- est, ut Statuta condere possint, licet Superiori jectæ sint*, Wesenb. *in* π. *ff. de LL. num.* 3. on. Gothofred. *in l. fin. C. Ib.* Mynsing. *con-* 32. *n.* 21. *nisi interesse Superioris propter tationem juris publici, vel aliud in illis ver- ur; unde consultius putatur confirmationem uperiore peti*, Schneidevv. *ad* §. 3. *J. de j. n. &* c. Treutl. *Vol.* 1. *disp.* 1. *th.* 10. *lit. b.* Co- *in tr. de processf. exec. p.* 1. *c.* 3. *n.* 12. Bo- *class.* 1. *disp.* 3. *th.* 41. D. Schnobel *disp. ad Pandect. n.* 11. *Collegia quoque Opificum, amvis statuta pœnalia non condant, attamen sunt de causis ad ipsorum professionem sive em mechanicam pertinentibus, cognoscere, q; illis facere statuta*, Gail. 2. O. 20. *n.* 8. *&* Schrad. *ad* §. 1. *J. d. t. quæ tamen inprimis firmatione indigent*, Wehn. *in observat. ict. in verb.* Zunfft. *Hæc verò prædicta, de tutis validis ac legitimè receptis, intelligen- sunt, alioquin contra jus naturæ, vel Reces- Imperii non subsistunt: Vid. l.* 26. §. 1. *vers. rajecti. C. de usur. Item* Constitut. Friderici Imp *de stat. & consvet. contr. libert. Eccl. l. un. C. de Monop. It.* Ordinat. Polit. *Car.* 5. *p. in Comit. Augustan. de A. C.* 1548. *quam p. Rudolphus* 2. *in Comit. Francof. de A. C.* 7. *confirmavit rubr.* Von den Handwercken gemein/ *& rubr.* von den Handwercks-Söh-

nen/

nen/Gesellen/Knechten/und Lehr-Knaben. *Jus itaq; statutarium est, qvod unaqvalibet Civitas vel municipium consensu Superioris expressò vel tacitò de rebus ad suum usum pertinentibus sibi constituit,* D. Schultz. *in synops. Inst. Imperial. ad tit. de jur. nat. &c. lit. a. in med. & certò respectu dicitur jus Provinciale*, das Land-Recht/*vel municipale*, das Stadt-Recht/ *qvod ad ungvem est observandum*, D. Berlich. *p.* 1. *c.* 10. *num.* 9. Dn. D. Richter *de success. ab intest. sect.* 3. *membr.* 1. *n.* 24. *ita ut secundum illud etiam Camera Imperialis pronunciare teneatur*, Ord. Cam. *p.* 1. *t.* 57. *qvin & dispositio ultima voluntatis juxta statuta loci facta ubiq; extra statuentium territorium valet*. Gail. 2. O. 123. Mynsing. 5. O. 20. Bocer. *class.* 1. *disp.* 3. *th.* 43.)

II. Si statutum in specie de causa, cujus qvæstio est, non extet, tunc rectè proceditur per obliqvum & in conseqventiam, vel ad exemplum & similitudinem alterius statuti. (D. Frantzk. *l.* 2. *resol.* 5. *n.* 57. *pr. ad hanc autem conseqventiam non aliter procedendum est, qvam si casus ille, de qvo fortè qværitur, non sit jure Cæsareo definitus; alioqvin jus positivum generale meritò præfertur: nam cùm statuta sint stricti juris, non admittunt extensionem seu conseqventiam ad similes casus, nisi in defectum legis generalis, arg. l.* 14. *&* 39. *ff. de LL. l.* 64. §. 9. *ff. sol. matr. l.* 21. *ff. de testam. mil.* Alex. *cons.* 184.

n. 10.

10. Vol. 6. Parif. conf. 127. n. 29. Vol. 1.
il. 2. O. 79. Hartm. Piftor. 1. q. 16. n. 23.
31. n. 20. Menoch. conf. 5. n. 2. feqq. D. Ber-
h. d. c. 10. n. 12. & 18. Dn. D. Richter d.
. 26. *Ubi autem duo funt ftatuta de eodem*
u, tunc debet minus generale locô fpeciei ha-
i, D. Berlich. p. 3. c. 49. n. 3.)
III. Videndum eft, qvid in unoqvoqve loco
tâ confvetudine obfervatur. (*Jus confvetudi-*
ium dicitur, qvod moribus & ufu populi, vel
joris ipfius partis initiatum, continuatum &
oductum eft, vim legis habens, l. 32. feqq. ff.
LL. c. 6. dift. 12. c. 5. d. 1. Gail. 1. O. 36. Dn.
Richter p. 1. d. 18. n. 15. & 33. d. 59. n. 23. D.
Carpz. in J. F. p. 1. c. 28. d. 65. n. 17. p. 3.
o. d. 6. n. 4. D. Joach. Schnobel, *difp.* 1. ad
idect. n. 23. *dividitur in generale & fpecia-*
generale eft jus non fcriptum, qvô univerfus
ulus Romanus, vel totum aliqvod regnum
ur; fpeciale eft, qvo in populo Univerfitas
fva, ut civitas, vel collegium utitur, D. Hahn
Wefenb. in *. ff. de LL. n. 9. D. Georg.
recht. in tr. de princ. jur. c. 16. n. 9. 10. 11. D.
ultz. d. l. lit. a. in fin. *noftrô feculô, qvoni-*
Roma neq; legis condendæ, neq; confvetu-
is introducendæ autoritatem exercet, ideoq;
eralis & Romana confvetudo ex Germania
etur, qvia apud Germanos eft Imperii Au-
tas & electio; fubrogatum enim fapit na-
am primordialem fubrogati, l. 10. §. 2. ff. *fi*
qvis

*q*v*is caut. &c. ubi Bart. & Bald.* Crave *cons.* 973. *n.* 2. *seqq.* Socin. *reg.* 34. Decia *cons.* 43. *n.* 14. *seqq. l.* 3. *intelligenda* v*erò h* *est cons*v*etudo præsens, continuata, & non in* *terrupta*, D. B. Carpz. *d. l. p.* 2. *c.* 3. *d.* 2 *q*v*am diuturni mores omnium utentium con* *sensu tacitè ac reipsâ comprobа*v*erunt, q*v*am* v*is superiorem agnoscant*, Wesenb. & Schne devv. *in* §. 9. *J. de j. n. g. & c. n.* 3. Wesenl *in* π. *ff. de LL. n.* 9. *ibiq;* D. Hahn *tacitus con* *sensus ex conjecturis probatur*, *q*v*as recens* Mynsing. *cent.* 3. O. 42. *n.* 13. *q*v*em seq*v*itu* Gail. 2. O. 31. *n.* 15. *intelligenda q*v*oq*v*e e* *cons*v*etudo rationabilis, nam juri di*v*ino a* *naturali contraria, corruptela, non cons*v*etud* *est*, §. *pen. J. de j. n. g. & c. ibiq;* D. Vul *l.* 2. *C. q*v*æ sit long. cons. N.* 134. *c.* 1. 2. *F* 2 *ibiq;* Gothofr. *lit. l. can.* 3 *seqq. dist.* 8. *c.* 4 *seq. d.* 11. *c.* 9. *d.* 47. *c.* 10. *& fin. x. de Con s*v*et.* Petr. Fab. *ad l.* 2. *ff de R. J. p.* 17. D. A rium. *de jur. publ.* v*ol.* 2. *disc.* 9. *n.* 114. D Conr. Rittersh. *ad N. p.* 5. *c.* 14. *in fin.* Dn. I Richter *p.* 2. *d.* 96. *n.* 38. & 170. D. B. Car pzov. *p.* 4. *c.* 9. *d.* 6. *n.* 11. & 12. D. Hahn *l. q*v*am*v*is per mille annorum spatium diu a* *sei, l.* 36. *ff. de LL.* Gail. *l.* 2. O. 31. *n.* 1. Dif Felin. *in c.* 2. *de majorit.* Roch. Curt. *in rep.* *fin. de cons.* D. Locam. *Exerc. Justin. tit.* 2. 22. *q*v*oad numerum annorum ad introducen* *dam cons*v*etudinem Interpretes in di*v*ers*

egun

nt partes, ut videre est apud Menoch. *l. 2. arbitr. jud. quast. cas.* 83. *prater jus, requiritur tempus decennii,* Dn. D. Richter *p.* 2. *d.* 70. *n.* *contra jus est tempus* 40. *annorum* D. Schultz. *ad* §. 9. *J. de jur. nat. &c. in foro Saxonico est* 30. *annorum cursus cum anno & die,* B. Carpzov. *p.* 2. *c.* 3. *d.* 21. *quoad numerum Actuum Interpretes quoque inter se non conveniunt: nam* Bartol. *in l.* 32. *n.* 11. *C. de* *duos, at* Bald. *in l.* 1. *n.* 2. *C. qua sit long.* *tot. actus exigit, ut ex iis consensus populi colligi possit: sed in his casibus dijudicatio arbitrio Judicis relinquenda est,* Menoch. *d. cas.* 81. *n.* 4. *cas.* 83 *n.* 6. Pacius *ad d.* §. 9. *de jur. nat. &c.* D. Locam. *exerc. Justin.* 2. §. 20. & 21. Wesenb. *in* π. *ff. de LL. d.* *ibiq;* D. Hahn. *Consuetudines autem, ut & statuta, cùm sint facti, & probabiliter ignorentur à judice, nec prasumantur.* Gail. 1. *O.* 36. ff. & Bart. *ad l.* 2. *C. si contr. jus vel util.* *l.* D. B. Carpz. *p.* 2. *c.* 3. *d.* 22. *n.* 2. & *c.* *d.* 29. *n.* 7. Dn. D. Richter *p.* 2. *d.* 76. *n.* *probari debent,* Castr. *in l. un. C. ut qua* *sunt Advoc.* Menoch. *cons.* 8. *n.* 16. *cons.* 37. 2. & 96 *cons.* 54, *n.* 37. *cons.* 95. *n.* 60. Dn. Richter *d. dec.* 76. *n.* 69. D. B. Carpzov. *c.* 3. *d.* 22. *n.* 1. *c.* 16. *d.* 7. *n.* 11. D. Schnobel *d. disp.* 1. *n.* 23. *neq; Doctori de consuetudine testanti plena fides habetur,* Cothmann. 1. *cons.* 13. *n.* 73. *seqq. nisi mortuo, & re-*

spectu

ſpectu magnæ ſuæ authoritatis Dn. D. Richter *p.* 1. *d.* 18. *n.* 16. *conſvetudo etiam generalis & notoria non eſt probanda,* D. B. Carpz. *d. def.* 22. *n.* 4. Dn. D. Struv. *exerc. feud.* 1. *th.* 8. *in med. manifeſti enim juris eſt, notoria non indigere probatione, ſed ab onere probandi relevare, c.* 3. *x. de teſtib. cog. ibiq;* Gloff. *c.* 15. 2. *q.* 1. *l.* 11. §. 12. ubi Cujac. *ff. de contr. empt.* Guid. Papæ *deciſ.* 221. *n.* 3. Capell. Tholoſ. *q.* 441. *n.* 2. Mynſing. 6. O. 3. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 1107. *&* 1108. *vol.* 2.)

IV. Ubi non eſt couſvetudo, qvæ in ſpecie cauſam definiat, tunc procedendum eſt ad conſeqventias & argumentum ſimilitudinis. (*v. g. talis conſvetudo obſervatur in illo caſu; atqvi præſens caſus per omnia ſimilis eſt illi, E. eadem conſvetudo obtinebit in caſu præſente, arg. l.* 12. *ff. de LL. ubi enim eadem eſt ratio, ibi eadem eſt juris diſpoſitio.* Dec. *conſ.* 15. *num.* 2. *conſ.* 301. *n.* 6. *&* 8. Bald. *conſ.* 314. Treutler, 1. *conſ.* 6. *n.* 16. *ſeq.* D. B. Carpz. *in crim. p.* 1. *q.* 23. *qvamvis regulariter conſvetudo ſit ſtricte interpretanda,* It. *in jur. for. p.* 2. *c.* 44. *d.* 12. *n.* 2. *&* 3. *c.* 51. *d.* 2. *n.* 4. Dn. D. Richter *p.* 2. *d.* 83. *n.* 148.)

V. Ubi nullum eſt ſtatutum, nulla conſvetudo, nec ullæ conſeqventiæ ad definiendam controverſiam, tunc progrediendum eſt ad jus Civile Romanum ſive Juſtinianeum (Hartm. Piſtor. *l.* 1. *q.* 32. *n.* 8. Cacheran. *conſ.* 20. *n.* 15. Ludov.

, Rom. *conf.* 197. *in fin.* D. B. Carpz. *p.* .16. *d.* 15. *n.* 8. *illud enim supremum & nentissimu est, plenum humanitatis aeqvitaVe, tot seculis unanimi consensu receptum, in conscientia qVoq; obligat,* D. Frantzk. *l.* 2. *ol.* 5. *n.* 47. *ideoq; qVod in libris Justinia- reperitur potest, & debet apud nos pro jure eri, etsi usitatum in foro non inVeniatur, tacitô consensu, Vel alia lege mutatum pro- ur.* D. Locam. *in proœm, Exerc. Justin,*)

'I. Si Lex scripta, & consvetudo simul ex- , & de eadem re statuunt, nec invicem sibi re- nant, tunc seqvi debemus tenorem legis. *terim officium consVetudinis est, primô, ut eo co confirmet,* D. Obrecht. *d. tr. c.* 16. *n.* 34. *de, ut interpretetur scriptam legem, si ob- a, aut Varia sit, optima enim est, LL. inter- consVetudo, l.* 37. *ff. de LL.* Dn. D. Rich- *de success. ab int. sect.* 3. *membr.* 1. *n.* 51.)

'II. Ubi Lex scripta generalis est contra- onsvetudini generali, & legislator non igno- rit talem usum, puta cum mentionem ejus ge qvovis modô fecerit, ibi servanda est Lex; certum animi judicium ex naturalibus no- , certum item consensum habet, non con- ido, qvæ plerumqve incertos Autores, taci- qve consensum præ se fert, & fortè vitiô cor- a est, ut observari eam non expediat. (*qVo- unq; E. dubitatur, utrum Lex consVetu- m, an consVetudo legem tollat, & cui inhæ-*

 reamus,

reamus, non hoc principaliter est perpendendũ, utra præcedat vel seqvatur, verùm illud in considerationem venit, an legislator talem consvetudinem, adversus qvam scripsit legem, sciverit, an ignoraverit; ubi enim scit eam, haud dubiè animadvertit aliqvod vitium, qvod meliore ratione per scriptam legem sublatam esse voluit: si autem ignorat, qvomodo potest censeri, voluisse tollere rem incognitam? videtur verò ignorâsse, nisi nominatim ejus mentionem fecerit in præteritum, aut etiam in futurum.)

VIII. Si neqve lex scripta sit, neqve consvetudo, per qvam incidens qvæstio definiatur, tunc recurrendum est ad conseqventias, num fuerit Lex, qvæ similem causam terminet (*Scire leges non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem, l. 17. ff. de LL. & can. 64. 1. q. 1. cap. 6. & 8. x. de V. S. ideoq; non tam verbis, qvàm mente & scopo legislatoris æstimari debent, l. 12. 29. 30. ff. de LL. l. 5. C. ib.* Surd. *decis. 35. n. 14.* D. Anton. Gothofr. *disp. feud. 1. th. 1. lit. m.* D. B. Carpz. *p. 3. c. 3. d. 16. n. 12. & benignius sunt interpretanda, qvò voluntas earum conservetur, l. 18. & 19. ff. d. t. Hinc argumentari licet à minori ad majus* D. Ayrer. *in proc. jur. c. 9. O. 9. n 3. à persona ad res & contra. Ib. c. 10. O. 7. n. 16. à majori ad minus, in l. 2. C. in qvib. caus. rest. &c. l. 19. pr. C. de Episc. & Cler.* Nic. Eberhard. *in loc. à maj. à vitando absurdo,* Hartm. Pistor. *l. 2. q. 13. n. 30. q. 29. n. 41.* D. Gylm. *in Symph. suppl*

suppl. par. 1, tom. 1. tit. 3. p. 165. &c. à contrario sensu, l. 1. ff. de Off. ejus &c. nisi absurdus consequeretur intellectus, Mynsing. *ad* § 9. *J. testam. ord. n. 5. inprimis in LL. Codicis argumentatio à contrario sensu, vel à positione unius ad alterius exclusionem vitanda est, quia leges illæ ad propositam consultationem facti'q; speciem sunt accommodatæ* D. Hunn. *Var. res. jur. civ. l. 2. tr. 1. q. 5. neq; ex Rubrica validum est argumentum*, Ib. *l. 3. tr. 5. q. 3. Excipiuntur etiam hoc loco leges singulares sive privilegia, quia contra rationem juris positivi propter aliquam utilitatem specialiter introducuntur nec admittunt consequentias, l. 14. &* 16. *ff. d. t. c. 2. &* 10. *x. de privileg.* Cujac. 1. F. 12. Hotom. *ad* 1. *F.* 14. D. Anton. Gothofr. *d. disp. th. 2. lit. a.*)

IX. Si multæ leges scriptæ sibi invicem contrariæ videntur, tunc postremam sequi nos oportet, memores semper mutationum, quas circumstantiarum diversitas exigit. (*Esse LL. inter se discrepantiam statuit inter alios* Niell. *disp. feud. 1. th. 5. lit. e. correctio autem legum non est præsumenda, neq; etiam affirmanda, nisi expressis verbis reperiatur, arg. l. 24. ff. de LL. c. 16. vers. quod si per vig. ibiq;* Gloss. *de Elect. & El. pot. in 6. ideoq; quoad fieri potest, conciliandæ sunt leges perspectis rationibus earum, ut posteriores determinent potius, quam extendant aut restringant, vel potius interpretentur, quam tollant prorsus.* Bart. *in l. 3. pr. ff. ad Se-*

natuscons. Treb. Bronch. *cent.* 2. *assert.* 8. Rom. *cons.* 40. *Vis. n.* 5. *cons.* 57. *in caus. Vert. n.* 2. & 3. *cons.* 322. *in cas. n.* 2. Pichard. *pr. J. de L. Falc. n.* 34. Cephal. *cons.* 323. *à num.* 18. *Vol.* 3. Menoch. *rem.* 2. *adipisc. num.* 21. Everh. *in top. loc. à rat. leg. larg. & c. num.* 15. Card. Tusch. *concl. tom.* 2. *lit. c. concl.* 1036 *n.* 4. *seqq.* Treutler. *disp.* 17. *th.* 4. *lit. C.* D. Conr. Rittersh. *ad N. p.* 4. *c.* 12. *n.* 12. *in fin.* D. Berlich. *p.* 5. *c.* 61. *n.* 53. D. Ungeb. *Exerc.* 5. *th.* 5. *in fin.* D. Ludvv. *disp. ad J.* 5. *th.* 4. *lit. e.* & *in syn. feud. c.* 15. *p.* 388. D. Hahn *ad VVesenb. tit. de J.* & *J. pr. p.* 2. *in fin. qvi vero legem correctam allegat, is pœnâ falsi puniendus est*, Bart. *in l.* 9. *ff. de LL.* & *l. fin. ff. ad L. Cornel. de fals. Vid.* D. Berlich. *d. l. num.* 105.)

X. Qvando nulla consvetudo, vel lex scripta specialis, vel generalis extat, nec ulla conseqventia colligi potest, tunc videndum est, qvid Interpretes juris communiore sententiâ definiant. (*standum est communi opinioni, non qvia multorum sit, sed qvoniam probabilis est ratio, qvàm multi secuti sunt; & ita non numeranda, sed ponderanda sunt vota: eatenus enim Interpretum dictis fides est habenda, qvatenus nituntur probabilibus rationibus.* Pistor. 2. *q.* 36. *n.* 30. *q.* 41. *n.* 35. *q.* 50. *n. pen.* D. Berlich. *p.* 4. *c.* 8. *n.* 5. D. Locam. *Exerc. Justin. ad tit.* 2. *q.* 5. §. 18. *qvamvis nec hæ opiniones sint attendendæ, si in contrarium sunt certa & indubi-*

ebitata LL. teſtimonia. Roland. à Valle. 1. *nſ.* 25. *pr.* Weſenb. *par.* 3. *conſ.* 108. *n.* 29. 7. *conſ.* 319. *n.* 120. Sonsbeck. *de F. p.* 9. *n.* 53. *in fin.* Cothman. *Vol.* 5. *reſp.* 14. *num.* 54. ...ckelthus. *O.* 32. *n.* 10. Hillig. 26. *Donell. ...ucl. c.* 2. *p.* 1400. D. Rittersh. *ad N. p.* 9. *c.* 6. *num.* 135.)

PARS II.

De

Jure Feudali.

JUs Juſtinianeum prædictis 4. voluminibus comprehenſum, (nempe J. ff. C. & N.) ſequitur jus Feudorum, qvod non minima pars eſt ...ris Civilis, (*hoc qvidem latè ſumtum comprehendit etiam jus Feudale*, D. Gothofr. *d. f.* 1. *b.* 1. *lit. f. qvia Imperator Fridericus* 2. *d ad Corpus noſtrum Juris referri juſſit, imò & jus Noviſſimum, appellatione & cognitione Juris Civilis, in tali ſignificatione lata continetur, ſed ſtrictè differt ab eo, jus enim Civile eſt jus ſcriptum, feudale inter Conſvetudines refertur, licet in ſcripturam redactum.* Pac. *ad* §. 3. *J. de jur. nat. &c.* Duar. *de F. c.* 1. *n.* 3. Sonsbec. *p.* 1. *n.* 24. & 25. Curt. Jun. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 11. Jacob. Alvarott. *in praamb. tr. de F. n.* 3. & *ad* 1. *F.* 1. Matth. de Afflict. *ad* 2. *F.* 1. Roſenth. *in ſyn. feud. c.* 1. *concl.* 8. D. Obrecht. *d. l. c.* 16. *n.* 24. D. Arum. *diſp. F.* 1. *th.* 20. D. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 1. *lit. f.* D. Vult. *de F. l.* 1. *c.* 1.

num. 4. D. Schnobel. *exerc. feud.* 1, *th.* 1. *n.* 4. *& 7.* D. Biccius *in prolog. rer. quot. n.* 21. D. Struv. *exerc. feud.* 1. *th.* 7. D. Hahn *ad Wes. de LL. n.* 9. *Scriptura enim, propriè & juridicè loquendo, non ad essentiam alicujus legis facit*, Mynsing. *ad* §. 4. 7. *de jur. nat. &c.* Schneidevv. *p.* 1. *n.* 7. *de feud.* Eisenkeck. *disp. feud.* 1. *th.* 4. *lit. c.* D. Ort. Fohm. *d. f.* 1. *th.* 8. D. Arum. *de j. p. vol.* 1. *disc.* 28. *n.* 106. *seq.* D. Schnobel. *disp.* 1. *ad Pandect. n.* 20. D. Hahn *ad Wesenb. de LL. n.* 5. *Dissent.* Wesenb. *d. l.* Hotom. *in lex. verb. libell.* Donell 9. *com.* 13. *p.* 445. Niell. *d f.* 1. *th.* 2. *lit. b. c. & disp.* 6. *th* 7. *lit. a pr. Ita & testamentum nuncupativum esse non desinit, quamvis scriptura accedat.* Trentl. *vol.* 2. *disp.* 10. *th.* 1. *in fin.* Schneidevv. *ad* §. *f.* 1. 7. *de testam. ord. n.* 5. *& seq. It.* Mynsing. *n.* 5. *in fin.* Pac. *pr.* D. Locam. *lit. b.* D. Schultz. *in fin.* D. Ludvv. *disp.* 7. *th.* 3. *lit. d.*) ratione difficultatis, utilitatis, & necessitatis: difficultas inde patet, causas feudales esse graves ac magni ponderis, atqve materiam esse subtilem & lucrosam, ideoqve multa inqvisitione, simul ac multâ indigere diligentiâ. Utilitas summa vel ex eo conspicitur, qvod hoc jus non tantum circa agros fertilissimos, pagos, oppida, sed qvoqve integros Ducatus, imo Regna occupatum sit, & non tantum ad Laicos, sed & Clericos cujuscunqve Ordinis & dignitatis fuerint, pertineat, (*De Laicis nulla est dubitatio, sed de Clericis tantum nonnulli contendunt, eos jure feu-*

feudali non teneri, qvia Ecclesiastica persona a seculari jurisdictione sint exemta; Sed contrarium verius est, videlicet, & Clericos hoc jure obligari, & coram Domino Feudi etiam Laico, sub qvo feudum possident, recte conveniri; tum propter textus Juris Canonici in c. 6. & 7. x. de for. comp. tum, qvia natura causæ, qvæ secularis & feudalis, personam ad se trahit, non personæ causam. Bald. in 2. F. 16. Marant. in spec. p. 3. n. 93. & p. 4. dist. 11. n. 75. Ant. Peregrin. cons. 25. n. 1. l. 1. Joh. Fichar. cons. 15. n. 12. vol. 2. Zas. in proœm. feud. n. 3. Clar. §. feudum. q. 3. in fin. & q. 90. n. 4. Duar. c. 20. n. . Borch. c. 10. n. 28. Gail. 1. O. 37. num. 3. onsb. p. 1. n. 26. seq. Rosenth. de F. 1. q. 9. 9. Fachin. 7. contr. 2. D. Vult. c. 1. n. 89. . Ant. Gothofr. d. f. 1. th. 1. lit. b. D. Ludwel n. feud. c. 1. p. 19. c. ult. p. 502. D. B. Carpzov. in syn. feud. disput. 1. th. 12. d. ult. th n. 22. 23. D. Schnobel. ex 1. n. 10. Dn. D. truv. exerc. feud. 1. th. 8. circ. fin. & exerc. n. th. 4.] Necessitatem Curiæ Principum & egum, Supremaqve Imperii tribunalia luculenter testantur: sciendum, bona vel optimô jure nsideri, & dici Allodialia, sive Alaudialia, i. e. atrimonialia, qvæ à nemine, nisi à DEO & ratione jurisdictionis, recognoscuntur, die frey-eigene Erb-Güter/[2. F. 26. §. 1. & 2. Schrad. 2. c. 2. in fin. D. Schnobel. d. l. n. 30. D. udvv. d. l. c. 2. p. 46. Dn. D. Struv. Ex. feud. th. 11.] qvalia in dubio præsumuntur, (Gail. 2. O.

2. O. 69. n. 4. Mynsing. 5. O. 25. Bald. *in c.* 1. *de cont. feud.* Hartm. Pistor. *par.* 2. *q.* 39. *num.* 2. Menoch. *in tr. de praesumpt. l.* 3. *praes.* 89. & 91. *n.* 2. Natta *cons.* 514. *n.* 34. Dn. D. Richter *de success. ab int. sect.* 3. *membr.* 1. *num.* 82. D. Ludvv. *d. c.* 2. *p.* 47.] etiamsi de iis possessor fuerit investitus, (Doct. B. Carpzov. 7. F. p. 1. c. 27. d. 7.) Etymon hujus vocabuli varium est, qvidam derivant ab Alloden, sive Aloden, qvasi sine Lode. sive Leodes, Leudes, i. e. Leuth homines. (Cujac. *in praef. feud.* & l. 2. t. 17. Dionys. Gothofr. *ad rubr.* 2. *F.* 54. Borch. *de F. c.* 2. *n.* 13. Pruckman, *cons.* 28. *n.* 32. *l.* 1. Bodin. *de Rep. l.* 1. *c.* 9. *pr.*) Alii à privativa A. & laudo, qvod non possit alius Autor laudari, à qvo habeatur. (Oldend. *in act. benef.* p. 7. c.) Alii aliunde derivationem deducunt. (Petr. Tholosan. *in syntagm. jur. un. l.* 6. *c.* 1. *n.* 4. 5. 6. D. Rittersh. 1. *F.* 2. *q.* 19.) Rectius illi, qvi ab All i. e. omne & Ode / qvod Majoribus hæreditatem, patrimonium, bona sive agros significabat, appellatum esse volunt, (Petr. Frid. Mindan. *de Mand. jud. l.* 2. *c.* 42. *n.* 3. D. Ant. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 2. *lit. a.* Dn. D. Struv. *ex.* 2. *th.* 11.) Hæc omnia in divinatione consistere, nisi qvis græcæ stirpis esse, & qvasi ἄλλο ὅδιον dictum maluerit, asserit [Hotom. *in comment. de Verb. feud. in Voce Allode* : *It.* D. Ludvv. *d. c.* 2. *p.* 47] Deinde qvædam bona ab alio habentur, & vel per emphyteusin, vel per superficiem, vel per precarium, vel per contractum censiticium, vel per libellarium, vel per usumfructum,

vel per feudum, (*differentiam harum phrasium vid. ap.* D. Ludvv. *d. c.* 2. *p.* 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. D. Struv. *d. ex.* 2. *th.* 10.) qvod in dubio antiqvum & paternum, (Curt. Jun. *in tr. de F. par.* 1. *c.* 9. *q.* 8. *n.* 17. Borch. *de F. c.* 4. *n.* 3. Menoch. *de arb. jud. qvæst. cent.* 2. *caſ.* 191. *&* *l.* 3. *præſ.* 93.) proprium non improprium præſumitur, (Hartm. Piſtor. *l.* 2. *q.* 1. *n.* 75. *ſeqq.* Dn. D. Struv. *ex.* 16. *th.* 31.) nihil aliud eſt, qvam uſusfructus. (*Alii per jus definiunt*) rei immobilis, ex benevolentia Domini ſub conditione fidei & obſeqvii conceſſus (2. F. 23. Clarus §. *feudum. q.* 4. Roſenth. *c.* 1. *concl.* 1. D. Ant. Gothofr. *d.* 1. *th.* 2. D. Schnobel. *d. l. n.* 19. *in fin.* D. B. Carpz. *J. F. p.* 1. *c.* 27. *d.* 11. *n.* 2. *&* *ſyn. feud. d.* 1. *th.* 30. *&* 31. D. Ludvv. *d. c.* 2. *pr.* D. Struv. *d. ex.* 2. *th.* 3. *&* 5. Etymologia qvoqve eſt varia; nonnulli à fœdere, (Zas. *p.* 1. *n.* 2. Sonsbec. *p.* 2. *n.* 32.) alii à feida, i. e. inimicitia, (Gregor. Tholoſan. *ſyntagm.* jur. *l.* 6. *c.* 2. *n.* 2. D. Rittersh. *l.* 1. *par feud. c.* 1. *n.* 12.) qvidam à füeden i. e. paſcere, (Beuſt. *ad l.* 31. *n.* 874. *ff. de jurej.* Beſold. *diſc. pol. de ſtat. reip. ſubalt. in. an. conſ. feud. n.* 5.) Alii à Εὐθεῖα: (Vigel. *in meth. jur. feud. c.* 2. *reg.* 2.) veriùs à fide ſive fidelitate, nam *Fede* Italis & Longobardis *fidem* ſignificat, (2. *F.* 3. *c.* 1. D. Ant. Gothofr. *d. l.* 1. *th.* 2. D. Schnobel. *d. l. n.* 7. D. B. Carpzov. *in ſyn. feud. d.* 1. *th.* 24. D. Ludvv. *d. c.* 2. *p.* 26. D. Struv. *d. ex.* 2. *th.* 1.) etſi enim hæc derivatio minus grammatica eſſet, tamen ſatis logica eſt, qvam Juriſconſulti

magis curare solent, (Curt. Jun. *de F. p. 1. q. 7.* Sonsbec. *de F. par. 2. n.* 33. Borch. *c.* 1. *n.* 1. Wesenb. *c.* 1. *pr.* Schrad. *p.* 2. *c.* 1. Rosenth. *c.* 1. *concl.* 6. D. Vult. *l.* 1. *c.* 2. *n.* 1.) Germanis dicitur, ein Lehen/qvasi Leihen. (Heig. *q.* 2. *n.* 68. D. Ludvv. *d. c.* 2. *p.* 28.) Originem Feudorum antiqvissimam esse constat (*ex.* 1. *F.* 1. §. 1.) qvando autem, & à qvibus cœperit, mirè variant Interpretes; Qvidam à prima Monarchia Feudorum initia deducunt, vivô adhuc Noa, (Niell. *d. f.* 1. *lib.* 1.) Alii à Romanis (Zas. *in epit. feudo p.* 1. *n.* 1. Hannet. *de F. c.* 2.) Alii à militiis (Haloand.) *in praef. N. Just.* D. Rittersh. *ad N. p.* 3. *c.* 8. *n.* 2. Sonsbec. *p.* 1. *num.* 32.) nonnulli ad primos Gallos originem illorum referunt, (Connan. 2. *comm.* 9. *n.* 6.) qvidam Germanis feudum ascribunt, & hi iterum vel Carolo Magno Imperatori, (Joh Ferrar. Mont. *l.* 1. *F. c.* 1. D. Vult. *de F. l.* 1. *c.* 1. *n.* 14.) vel Longobardis: (*Aliter originem feudi deducit Cujac. in prolegom. com. feud.* Borch. *c.* 2. *n.* 12.) Communis tamen & qvidem verior est eorum sententia, originem à Longobardis & aliis Germaniæ populis repetendam esse, qvi in constituendo hoc Feudorum jure qvædam à Romanis mutuati sunt; (Ruding. *l.* 1. *Var. lect. feud. c.* 1. *n.* 14. Kleist. *in proleg. concl. feud.* Duar. *de F. c.* 3. *num.* 4. Clar. *l.* 4. *sent.* §. *feud. q.* 1. Fachin. 7. *controv.* 2. Forner. *in proœm. cap. de orig. feud.* Wesenb. *de F. c.* 3. *n.* 2. Bodin. *de Republ. l.* 1. *c.* 7. D. Heig. *p.* 1. *q.* 1. *n.* 31. *seqq.* Rosenth. *c.* 1. *concl.*

8. D.

8. D. Ant. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 1. *lit. c.* & *e.* D. B. Carpz. *syn. feud. d.* 1. *th.* 6. D. Schnobel. *d. l. n.* 16. D. Ludvv. *syn. feud. c.* 1. *p.* 5. D. Struv. *ex. feud.* 1. *th.* 3.) nam Longobardi è Germania, præsertim eâ parte, qvæ Saxonia dicitur, prodeuntes, & Italiam occupantes circa A. C. 568. regnante Justino 2. Imperatore, è patria sua feuda & Consvetudines de feudis secum attulerunt, illisqve in ea Italiæ parte, in qva sedem fixam sibi constituerunt, qvæ exinde dicta fuit Longobardia, [*hodie Lombardia,*] perinde, ut in sua patria usi fuerunt, qvas postea alii secuti sunt: (*eô enim tempore, qvô Imperator Leo suas Novellas introduxerat, & ferè extincta erant Leges Justinianea, in Italia qvoq; longè lateq; grassabantur Hunni, Vandali, Longobardi, & Gothi, qvi in eam invexerunt jura sua peculiaria, qvorum pars ea, qva de feudis est non fuit postrema: Dicuntur autem Longobardi vel à longis bipennibus, qvas nos* Hellparten *appellamus,* D. Philipp. Melancht. 3. *Chron. in Justin.* 11. *vel à longis barbis*; Isidor. *l.* 9. *etymol. tit. de gent. vocab.* Paul. Diacon. *l.* 1. *de gest. Longob. c.* 8. *incæpit eorum imperium ab Alboino A. C.* 568. & *desiit in Desiderio, ultimô Longobardorum Rege A. C.* 773. D. Biccius *in præloq. rer. qvot. sive Aur. jur. civ. Just. num.* 22. *lit. b.*) Horum Consvetudines, tum Mediolanensium, tum aliorum populorum moribus, nec non Lotharii, Conradi, Friderici 1 & aliorum Imperatorũ constitutionibus locupletatas, (Cu-

jac. 5. *F. pr*. D. Ant. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 1. *lit. g.* D. Schnobel. *ex. feud.* 1. *th.* 1. *n.* 3.) postea privati qvidam privatâ Authoritate in scripturam redegerunt; de Compilatore autem certò non constat: (*juxta* Ruding. *l.* 1. *var. lect. feud. c.* 3. *n.* 3. Connan. *comm.* 1. *c.* 10. *n.* 3. Hartm. Pistor. *in qvæst. jur. l.* 2. *q.* 34. *n.* 17. Duar. *c.* 1. *de F. n.* 4. *&* 14. Niell. *d. f.* 2. *th.* 3. *lit. a.* D. Fohm. *d. f.* 1. *th.* 4. D. Schnobel. *d. th.* 1. *n.* 5. D. Ludvv. *d. c.* 1. *p.* 7. D. Struv. *ex. feud.* 1. *th.* 5.) communiter tamen hosce libros a Gerhardo de Nigro, & Oberto de Orto, pragmaticis & Consulibus Mediolanensibus collectos fuisse existimant. (Schrad. *in tr. feud. p.* 1. *q.* 1. *n.* 3. D. Vult. *l.* 1. *c.* 1. *n.* 4. *per* 2. *F.* 1. 24. §. 3. *ubi* Dionys. Gothofr. *in marg. lit. b. it.* 2. *F.* 25. 28. 32. 34. §. 1. *in fin.* 36. 42. 51. §. 1. *seqq.* D. Ant. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 1. *lit. i.* D. B. Carpz. *d. f.* 1. *th.* 9. *ab horum opinione non multum abest* Cujacius *pr. l.* 1. *de F. qvi collectionem l.* 1. *Gerhardo l.* 2. *&* 3. *Oberto tribuit*, 4. *verò & 5. ex variis & incertis Autoribus compilatum opinatur, qvod probat etiam* Borcholt. *c.* 1. *n.* 28.) Autoritas harum consvetudinum feudalium in eo est, qvod vim Legum obtineant, & ad decisionem causarum rectè allegari possint, (Duar. *c.* 1. *n.* 4. Schrad. *p.* 1. *c.* 1. *n.* 6. *seqq.* Scnob. *in comment. ad us. feud. p.* 1. *n.* 22. *seqq.* D. Ant. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 1. *lit. b.* D. B. Carpzov. *d. f.* 1. *th.* 11. D. Ludvv. *d. l. c.* 1. *p.* 13. D. Schnobel. *d. l. n.* 9. D. Struv. *d. ex.* 1. *th.* 8.

non

non tamen ex autoritate Longobardorum, aut Oberti de Orto, aut reliqvorum Prudentum, sed qvia communi omnium Imperii statuum consensu tam Clericorum, qvàm Laicorum, idqve sciente & non contradicente Imperatore, receptæ, & non tam in Academiis publicè prælectæ, sed & in foro ac praxi hactenus à tempore, cujus initii memoria non extat, usurpatæ fuerunt, (Curt. Jun. *p.* 1. *q.* 1. Schneidevv. *p.* 1. *n.* 3. *&* 4. Jacob. de Bellov. *in* 1. *F.* 1. Zas. *in proœm. n.* 3. Albert. Gentil. *d. libr. jur. civ. c. fin.*] Dividuntur hæ Consvetudines feudales potissimum in 2. libros, qvorum primus continet titulos 28. alter verò titulos 58. à titulo enim 73. (*à qvo nonnulli librum* 4. *incipiunt*) sunt fragmenta, extraordinaria capitula, sive apocrypha & paralipomena, in titulos 37. divisa, qvæ Cujacius restituit ex Ardizone & Alvaroto; Ideoqve, qvæ hactenus dicta sunt de Autoritate juris feudalis, procedunt saltem qvoad capitula ordinaria & usitata, non qvoad extraordinaria, qvæ pari cum cæteris autoritate minimè gaudent, licèt ad explicandum in jure feudali dubium, & decidendas qvæstiones, de qvibus jure feudali nihil decisum reperitur, allegari possint. [Bald. *in* 2. *F.* 55. *c.* 1. §. *præterea*, Alvarot. *in proleg. cap. extraord.* Rosenth. *de F. c.* 7. *q.* 33. *num.* 17. D. Ant. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 1. *lit. b. in fin.* Hartm. Pistor. 2. *q.* 43. *n.* 59. *q.* 15. *n.* 43. *circ. fin. q.* 34. *n.* 33. D. Vult. 1. *F.* 9. *n.* 41. *Vers. plus tamen* D. Arum. *Ex. Just.* 2. *th.* 15. D. B. Carpz-

d. f. 1. *th.* 21. D. Ludvv. *syn. feud. c.* 1. *p.* 16. *c.* 14. *p.* 360. *& passim*: Dn. D. Struv. *d. ex.* 1. *th.* 7. *circ. fin. Diss.* Cujac. 4. *F.* 73. Finckelth. *d.* 1. *controv.* 16.] In libro 5. variæ Constitutiones Imperatorum extant, utpote Conradi, *t.* 1. Henrici, t. 2. 3. 4. Lotharii, t. 5. 6. Friderici 1. [*qvi imperavit A. C.* 1152. *juxta* D. Besold. *d. l. c.* 17. *p.* 428. *sive A. C.* 1153. *juxta* D. Pastor. *d. l. par.* 2. §. 97. *sive A. C.* 1187. *juxta* Dionys. Gothofr. *in not. marg. ad t.* 10. *l.* 2. *F. lit. b.* *cognomentô Ænobarbus sive Barbarossa, à ruffa barba, Svevus gente: notatu digna hæc sunt: Hic Fridericus I. cum Papa Alexandro* 3. *diu bellum gessit; postqvam rediisset in gratiam, papa imperatori pro perpetrata culpa putativa imposuit, ut se humi prosterneret, & veniam postularet; Imperatoris igitur collum pede comprimendo papa dixit: scriptum est, ps.* 91. v. 13. *Luc.* 10. v. 19. *super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem: sed ille papa abutebatur dictis Scripturæ, nam à calcatione serpentum ad capita hominum, nulla est consequentia, inprimis, cum per serpentes, diaboli opera & organa intelligantur, ut ex ipsâ αὐτοψία sive inspectione verborum tam præcedentium, qvàm subseqventium patescit. Sub eodem Imperatore & illud memorabile contigit: Ipse aliqvando in medio Bulgari & Martini jurisconsult. eqvitans interrogavit, utrum de jure esset Dominus mundi, ex l.* 9. *ff. ad L. Rhod. de jact. Bulgarus respon-*

dit,

dit, non esse dominũ, quoad proprietatem. Martinus verò asseruit, esse reverà Dominum mundi; & ratione proprietatis, & protectionis; Ideo Imperator Fridericus, cùm descendisset ab equo, eum Martino donavit: hinc Bulgarus dixit: amisi equum, quia dixi aquum, quod non fuit aquum. Besold. *d. l. p.* 433. *unde versus:*

dixerat hic aquum, sed tulit alter equum.) t. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. è qvibus præcipua Constitutio de jure προτιμήσεως sive retractus in titulo 13. in viridi est observantia, & in praxi usitatissima. (*Hoc jus retractûs locum habet non in rebus mobilibus, sed immobilibus, ut v. g. quando proximus agnatus in præjudicium remotioris agnati feudum alienet, non obstante hac alienatione potest post mortem proximi agnati hic remotior revocare, & rescindere illam alienationem; id quod etiam in aliis bonis allodialibus locum habet, ita, ut quando quis ea extraneo vult alienare, prius denunciet proximis agnatis vel cognatis, aliàs enim hi per jus retractus dirimunt illum contractum initum: reqviritur autem* (1) *ut qui retrahit, sibi & in usum suum retrahat, non alteri.* (2) *intra tempus retractui definitum, nempe intra* 30. *dies.* (3) *expensas justumq; pretium emtori offerat, l.* 30. *ff. de min. & arg. l.* 3. § 8. *ff. de act. emt. It.* 2. *F.* 3. §. 1. *& d. t.* 13. *aut id, quod liquidum est, vel apparet, deponat, ac de eo, quod obscurius erit, satisdationem præstet, l.* 5. *&* 34. §. 1. *ff. de stat. lib. transcursô autem decenniô*

empto-

emptores ejusmodi præscribunt adversus proximiores venditores, quemadmodum aliàs bona possessa præscribuntur decenniô inter præsentes, & vicennio inter absentes, pr. J. de Usucap. De hoc jure προτιμήσεως vid. D. Berlich. *p.* 2. *concl.* 39. 40. 49. 51. Dn. Frantzk. *l.* 1, *resol.* 6. *n* 5. *res.* 11. *n.* 49. Dn. D. Richter *p.* 1. *dec.* 1. & 68. *p.* 2. *dec.* 76.) Ultimo loco insertæ sunt Constitutiones Friderici 2. Imperatoris de statutis & consvetudinibus contra libertatem Ecclesiæ editis, [*Hic Fridericus* 2. *electus A. C.* 1218. *juxta* Dion. Gothofr. *in marg. lit. x.* D. Besold. *d. l. c.* 18. *p.* 453. *pr. sive A. C.* 1212. *juxta* D. Pastor. *d. l.* §. 101. *fuit Friderici* 1. *ex filio Henrico* 6. *nepos, & à Pontifice Honorio* 3. *& Gregorio* 9. *fulmine excommunicationis perculsus, quod verò floccipendebat, & tale distichon in pontificem spargebat.*

Roma diu titubans longis erroribus acta,
corruet, & mundi desinet esse caput:

Pontifex Imperatori iterum rescripsit:

Niteris in cassum navem submergere Petri,
fluctuat, ast nunquam desinet esse ratis:

Fridericus verò Imperator regessit:

Fata volunt, stellæq; docent, aviumq; volatus,
quod Fridericus ego, malleus Orbis ero.

Huic pontifex respondit:

Fata volunt, scriptura docet, peccata loquuntur,
quod tibi vita brevis, pœna perennis erit.

Tandem Imperator deprecans offensionem, se-

seq;

seq; purgans, cùm nihil proficeret, Romam petit, Pontificem, optimò jure, dejicit, ejusq; socios mulctat: ob qvam causam iterum excommunicatur, donec Gregorio 9. interim defuncto successit papa Innocentius 4. qvi qvidem in principio Imperatoris amicus, eundem tamen, adeptus pontificatum, qvasi Ecclesiæ Romanæ hostem, odiô excommunicationis perseqvi cœpit, donec Fridericus 2. A. C. 1250. *mortuus; alii eum periisse venenô, alii strangulatum fuisse à filio suo notho Manfredo, ajunt, uti refert* Besold. *d. l. Imperante Friderico A. C.* 1227. *Accursius glossam compilavit.* Card. Tusc. *concl.* 155. *lit. A. vixit etiam Liranus, Sacræ Scripturæ interpres, ex Judæo factus Christianus, vid.* Bzov. *de A. C.* 1240. *in fin.*) Deinde sunt Heinrici 7. Extravagantes, qvas nonnulli 11. Collationē appellāt. (*Hic Henricus 7 natione Lüzenburgensis imperium obtinuit A. C.* 1308. *tempore pontificis Clementis 5. imperavit annis 5. Lombardiam sibi subjecit, & victor Romam intrans, ibidem coronatus fuit; juramentum autem pontifici præstare; cujus formula in Clem. un. de jurej. extat, recusabat, ideoq; venenô in Eucharistia à Monacho Dominicano oblato interiit Anno C.* 1313. Dionys. Gothofr. *h. lit. a. Vid.* Conrad. Vercer. *com. de reb. gest. Henr. 7. ed. à Renec. tom. 2. hist. Orient. Vid. qvoq;* Joh. Henr. à Pflaumern *in Mercur. Ital. p.* 149. *Post Henricum acerrimæ contentiones ortæ sunt in Germania super electione alterius Imperatoris, & aliqvot*

qvot mensium subsecutum est interregnum, donec Ludovicus 4. Bavariæ Dux rerum potitus A. C. 1314. sed non sine contradictione: nam Antagonistam habebat Fridericum Austriæ ducem, filium Cæsaris Alberti, cognomine pulchrum; qvia enim suffragiis superior erat Ludovicus, hæc res simultatem incendit, collectis utrinqve copiis, magnâ vi dimicabatur ad Eslingam in Wirtembergiæ Civitatem Imperialem, æqvô tamen ferè Marte: postea verò majori impetu in Bavaria, qvô qvidem in prælio atroci admodum victor abiit Ludovicus, Fridericus autem captus fuit magnâ suorum militum parte desideratâ; sed dimissus tandem, dominumq; reversus, aliqvot post annos obiit mortem.) Tandem adhæret liber de pace Constantiæ composita inter Imperatorem Fridericum 1. & filium ejus Henricum 6. & qvosdam Nobiles Alemanniæ ex una parte, & Civitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolæ ex altera, (*Hæc Constitutio promulgata est Constantiæ in consensu Principum, ut & Constitutio posita 2. F. 53. de pac. ten. Romcaliæ,* Dionys. Gothofr. *h. lit. a.*)

REGULÆ GENERALES.

I.

CAusæ feudales definiendæ sunt inprimis ex literis investiturarum, Lehnbrieff. (2. *F.* 8. 12. 18.

12. 18. 48. Gail. 2. *O.* 50. *n* 15. *& de pac. publ. l.* 21 *c.* 13. *n.* 4. *&* 5. Mynsing. 5. *O.* 76. *num.* 1. Zas. *cons.* 12. *n.* 59. *Vol.* 1. *& in epit. feud. p.* 8. *n.* 49. Niell. *d. f.* 1. *th.* 4. D. Ant. Gothofr. *d. f.* 1. *th.* 1. *lit. m.* D. B. Carpz. *d. ex.* 1. *pos.* 14. D. Schnobel. *d. l. n.* 13. *pr.* Dn. D. Struv. *d. ex.* 1. *th.* 11. D. Ludvv. *d. l. p.* 532. *Si plures investitura proferantur, prima locum habet.* Schrad. *p.* 5. *c.* 2. *n.* 37. D. Ludvv. *syn. feud. c. fin. p.* 533.)

Heig. *l.* 1. *q.* 4. *n.* 10. Cothman. *conf.* 44. *n.* 11. Thuan. *l.* 2. *hist.*) Alii verò Metis. (Peucer. *l.* 5. *Chron. in Car.* 4. D. Arum. *d. disc.* 1. *ad A. B. th.* 9.) [2] Capitulationes Imperatorum, à certis Capitibus atq; conditionibus, qvibus Rex Romanorum in Imperatorem promovendus, astringitur, dicta. (D. Hortled. *in com. ad L. Reg. & disc. Acad.* 26. *th.* 6. D. Arum. *d. l. lit. b.*) nihil igitur aliud est Capitulatio, qvàm Lex Regia, sive Imperii, qvâ Electores summum imperium, vel (*ut Arcadius Jurisconsultus loqvitur*) qvâ Regimina pòpuli in Imperatorem designatum transferunt certis conditionibus: nam hæc capitulatio exigit inter alia reqvisita, (*qvæ* D. Daniel Otto *de jur. publ. c.* 12. *p.* 315. 316. 317. *recenset*) ne Imperator, (*qvi appellatur Augustus ab augendo Imperio per N.* 11. *pr. & N.* 30. D. B. Carpz. *d. disp. feud.* 3. *pos.* 5. *unde & nomen meruit semper Augusti*, Allczeit Mehrer des Reichs: D. Otto. *d. l. c.* 11. *p.* 257. *pr.* facultates Imperii distrahat, vel oppignoret, nec aliô qvovis modo faciat deteriores. (*vid.* Sleidan. *l.* 1. *de stat. Relig. p.* 28. *seqq.*) Non tamen ejusmodi Capitulatio infringit Majestatem Imperatoris, siqvidem in toto Orbe Christiano nullus Rex vel Princeps est, cujus Majestatem & Authoritatem non comprimat & circumcidat vel jusjurandum, vel inita cum Regni Ordine, aut Principatûs Proceribus, certa pactio. (D. Arum. *de j. p. vol.* 2. *disc.* 10. *th.* 19. *lit. e.*) qvamvis Bodinus, natione Gallus, (*qvi ob varias causas*

à D.

à D. Orth. Fohm. *ap. D. Arum. d. l. disc. 23. in præfat. pag. 6. 58 meritò reprehenditur*) in tractatu suo de Republica, Regi Gallico nimium blandiatur & contrarium statuat: nam de antiqvissimis Germanorum Regibus sic scribens Tacitus (*de mor. germ. cap. 7. n. 1.*) nec Regibus, *inqvit*, eorum infinita aut libera potestas: id qvod & de Imperatoribus nostris Germanicis dici potest, qvorum potestas duobus veluti frenis sistitur, Capitulatione, & juramento fidelitatis. (D. Arum. *d l. Vol. 1. disc. 26. n. 4. seqq.*) De Origine autem Capitulationis Interpretes certant: Nonnulli existimant, eam primùm natam esse sub turbulento Henrici IV. Imperatoris regnô, tractu verò temporis magis magisqve auctam, increscente præsertim sub Carolo 4. dignitate Electoriâ, donec in eam, qvæ hodie in usu est, amplitudinē excreverit: (D. Hortled. *d. l. th. 7.* D. Arum. *d. l. n. 7. Dissentit autem* Colerus, *de jur. Imp. Germ. concl.* 33.) (3.) Ordinationes Cameræ, die Kåyſ. Cammer-Gerichts-Ordnung/ qvæ dividuntur in 3. partes, qvarum (*α*) continet titulos 86. (*β*) titulos 36. (*γ*) titulos 54. Est verò Camera Imperialis summum in Imperio Romanô tribunal, qvô apud Imperii Judices sive Assessores legitima rei controversæ inter litigantes tractatio instituitur. (D. Schönborn. *5. pol. 20. pr.*) nec ab eo provocare vel appellare licet, (Ord. Cam. *p. 1. t. 3. p. 2. t. 3. p. 3. t. 51*) sed Revisio certô respectu locum habet. d. Ord. *p. 3. t. 53.*) Hoc judicium Camerale

rale institutum est à Rege Romanorum Maximiliano 1. communi Statuum consensu A. C. 1495. ultimò Octobri, & ad diem 3. Novembris prima Audientia Judicialis Francofurti ad Mœnum (*juxta alios VVormatiæ*, D. Otto. *d. l. c.* 11. *p.* 241.) celebrata est; *ut testatur* Gail. *l* 2. *de pac. publ. c.* 1. *n.* 28. D. Rodinger. *in proc. Cam. l.* 1. *t.* 2. §. 2.) postea verò ob prægnantes causas Spiram Nemetum translatum. (*Imperii Prætorium est triplex.* (1.) *Aulicum Viennæ* das Keyserliche Hoff-Gericht zu Wien, *quod cum Camerali concurrentem Jurisdictionem ratione præventionis habet*, Ord. Cam. *p.* 2. *t.* 9. §. 2. Gail. 1. O. 29. *n.* 3. *&* O. 131. *n.* 3. Mynsing. *resp.* 24. *dec.* 3. *n.* 20. *& resp.* 94. *n.* 5. *dec.* 10. Schrad. *de F. p.* 10. *sect.* 2. *n.* 66 *seqq.* Borch. *de F. c.* 10. *n.* 3. Schvvanmann. *pract. Obs.* 4. *n.* 1. *&c.* Paurmeist. *l.* 2. *de jurisdict. c.* 2. *n.* 56. Harm. Hartm. *Obs. feud.* 43. D. Vult. *l.* 2. *c.* 2. *n.* 9. Gylman. *symph. supplicat. tom.* 3. *decis. lit. c. n.* 1. *tom.* 4. *p.* 1 *not.* 3. *n.* 1. *tom.* 6. *c.* 8. Matth. Stephan. *de jurisdict. l.* 2. *p.* 1. *c.* 3. *membr.* 2. D. Arum. *disc. Acad.* 10. D. Ludvv. *in syn. feud. c. fin. p.* 500. *sitq; ut & illud, ex utriusq; Religionis Evangelicæ & pontificiæ Assessoribus constitutum*, D. Arum. *de j. p. vol.* 1. *disc.* 13. *q.* 19. *p.* 111. (2.) *Spirense, de quo anteà dictum.* (3.) *Rotvvilense*, das Keyserliche Hoff-Gericht zu Rothweil/ *à quo datur appellatio ad Cameram Imperialem, vel Aulam Imperatoris, quia saltem est Imperii dicasterium par-*

particulare, in 4. Circulis Franconicis, Svevicis, Rhenanis, & Austriacis, iisq; non totis fundatum, & à solo Conrado 4. Svevia Duce A.C. 1147. Lotharió Saxone pro Rege Romanorum creató, institutum, Paurmeist. *d. l. c. 6. n. 11.* D. Schönborn. *d. l. c. 21.* D. Otto. *d. l. p. 248. & 249. pr.* D. Arum. *d. l. q. 8. Erat olim & aliud Judicium, qvod Regimentum* Des Heiligen Reichs Regiment *dicebatur, introductum A. C. 1501. à prædicto Maximiliano 1. consentientibus Statibus Imperii, constabat præter Imperatorem vel ejus legatum 20. personis ex Ordinibus; qvi essent locô universi Senatûs Imperialis, concurrebat in omnibus cum reliqvis tribus Judiciis, inprimis verò de pace, bello, ac omnibus aliis negotiis ad summam Imperii pertinentibus, deliberandi & statuendi potestate instructum erat; postea mutatum à Carolo 5. Imperatore VVormatiæ Anno A. C. 1321. & decretô Norbergensi A. C. 1521. atq; decretô Spirensi A. C. 1529. tandem planè in desvetudinem abiit,* Paurmeist. *d. l. n. 49.* D. Otth. *d. l. p. 249.*)
Hujus Cameræ Imperialis Jurisdictio est ordinaria, (Ord. Cam. *p. 2. t. 27.* Myns. *resp. 24. n. 2. seq.* Gail. 1. O. 41. *n. 5.* D. Schönb. *5. pol. 20. p. 526. pr.*) & universalis, sed tamen cum distinctione, siqvidem in simplicis qværelæ causis tantum contra Immediatos locum habet, (Ord. Cam. *p. 2. t. 27. nisi* (1.) *muniti sint privilegiô de non appellando, veluti illud Electores & Duces Saxoniæ, ut & Electores Brandeburgici in*

virtuti-

viridi observantia habent. Knichen. *verb. jus. cap.* 2. *n.* 32. Heig. *p.* 1. *q.* 4. *n.* 31. 33. 42. Sixtin. *de Regal. l.* 1. *c.* 5. *n.* 5. Coler. *in Orat. de jur. Sax.* Albin. *hist. Misn. p.* 1. *t.* 16. Dn. Limn. *d. j. p. l.* 3. *c.* 9. *n.* 70. *omnibus qvidem Electoribus promiscuè concessum in A. B. tit.* 11. *reliqvi tamen contrariò usu perdiderunt.* Schurff. *cons.* 29. *cent.* 3. *n.* 1. *Hoc privilegium subditis ita obstat; ut ne qvidem super nullitate processus Aulam Imperatoris, vel Cameram Imperialem implorare qveant, prout dilucidè probat* D. B. Carpz. *d. disp. feud.* 6. *semicent. q.* 2. *n.* 16. *usq;* 27. *neq; eidem privilegio litigantes renunciare valeant. Ib. q.* 3. (2.) *in prima instantia Jus Austregarum,* Der Austräge/ *habeant, sive se invicem conveniant, sive ab aliis conveniantur,* Ord. Cam. *p.* 2. *t.* 2. *seqq.* Gilhaus. *p.* 1. *arb. jud. c.* 1. §. 8. Matth. Stephan. *l.* 2. *de jurisdict. c.* 3. *membr.* 3. *n.* 10. *seqq. ibid.* D. Georg. Schubhard. *tract. method. de Austreg. non tamē locum habet in causa denegata justitia.* d. Ord. *p.* 2. *t.* 1. *in fin. &* 26. *pr. neq; Cæsareæ Jurisdictioni præjudicat.* D. Paurm. *l.* 2. *de jurisd. c.* 4. *n.* 132. *hoc autē privilegium competere tam qvoad Aulam Cæsaream, qvam Cameram Imperialem statuit* Colleg. Giesl. *de jur. publ. disp.* 4. *n.* 17.) in caussis verò Appellationum etiam Mediatos comprehendit. (d. Ord. *p.* 2. *t.* 28. 29. 30. *si summa est appellabilis,* & 300. *florenos excedit per Rec. Dep.* 1600. Matth. Steph. *d. l.* 1. *c.* 31. Dn. Limn. *d. l.* 9. *c.* 2. *n.* 164.) ratione caussarum qva-

qvarundam Cameræ Jurisdictio nulla est; ut (α) in Ecclesiasticis & matrimonialibus (Ord. Cam. *p.* 1 *t.* 1. Mynf. *conf.* 43. *n.* 34. Gail. 1. *O.* 112. *in fin.*) (β) in feudis Regalibus, die Fahn-Lehen / qvorum investituræ per insigne vexilli conferri solent. Item, die Scepter-Lehen / de qvibus Principes Ecclesiastici cum sceptro investiuntur, (Schneidevv. *tr. de F. p.* 1. *n.* 30.) horum cognitio & collatio ad solum Imperatorem, ob supremam eminentiam, pertinet. (1. *F.* 18. 2. *F.* 10. & 34. Aur. Bull. *t.* 5. Ord. Cam. *p.* 2. *t.* 7. Regiments-Ordn. *de An.* 1521. §. Ob auch Sachen / Fürstenthumb / *&c.* Recess. *de An.* 1466. & 1596. Gail. 1. O. 1. *n.* 11. Mozz. *de divis. feud. n.* 42. Menoch. *conf.* 32. *n.* 9. Paris. *conf.* 23. *n.* 17. *Vol.* 1. Zas. *de F. p.* 5. *n.* 1. *p.* 11. *n.* 6. Rosenth. *de F. c.* 12. *concl.* 1. *n.* 30. Duar. *c.* 20. *n.* 5. Sonsbec. *p.* 14. *n.* 19. D. Obrecht. *d. f.* 2. *th.* 70. & 71. D. Vult. *l.* 1. *de F. c.* 8. D. Schönborn. *s. pol.* 14. D. Ant. Gothofr. *d. f. ult. th.* 1. *lit. b.* D. Otth. *d. c.* 11. *p.* 255. D. B. Carpz. *syn. feud. disp. fin. pos.* 3. D. Ludvv. *d. c. fin. p.* 500. *pr.* Dn. D. Struv. *ex fin. feud. th.* 5.) perfrictâ ergò fronte hanc potestatem sibi vendicat Papa Romanus; (*pro ut polite ostendit* Brut. Fulm. *sub tit. crim. Maj.* Vasq. 1. *ill. q.* 22. *n.* 1. 2. 3. Schrad. *sect.* 1. *n.* 55. *sect.* 3. *n.* 172.) (γ) in criminalibus, (Mynsing. *cent.* 4. O. 41. & 42. Gail. 1. O. 1. *n.* 27. Wurmb. *t.* 24. O. 18. Caspar Leipold. *disc. Acad.* 13. *q.* 7. D. Phil. Tennagel. *de decernend. proc. class.* 4. *c.* 9.

n. 1.

*n.*1. *Dis/.* Mindan. *l.*1. *c.*9. *de process. extrah.*) Alia est ratio in qvæstione usurarum. (Rec. Imp. *de An.*1509.39.*&* 48. *de contract. Usurar.*) Absolutionis juramenti ad effectum agendi (Ord. Cam. *p.* 2. *t.*24.) fractæ pacis. (Mynf. 2. O.98. *n.* 8. & 5. O. 52. Nullitatum. (*Vid.* D. Osingerus *in Pandect. Cameral.* D. Mindanus *&* Tennagelius *de decern. process.* D. Denaisius *de jur. Camer. sive novius. jur. Cam.* D. Sprenger. *de jur. Cam. reform. instrum. Pac. de A.C.*1648. *&* *recess. Imp. de An.*1654. *confirm.* (4.) Constitutiones Criminales Imperatoris Caroli 5. Die Peinliche Hals-Gerichts-Ordnung de A. C. 1530. & 32. Augustæ Vindelicorum & Ratisbonæ factæ, qvæ 110. Articulos continent. (*Vid.* D.B.Carpz. *process. crimin.* D. Petr. Theodorici *crimin. colleg.* D. Struvii *dissert. crimin.* Matth. Steph. *comment. de A. C.* 1661. *Adam. Volckm. Notariat*-Buch / vom peinlichen *Process. &c.*) (5.) Recessus Imperii, Reichs-Abschied/ qvi sunt communes Imperatorum & Statuum sponsiones ad ipsam administrationem spectantes: (Bort. *de jurispr. publ. c.*1. *th.*5, *lit. c.*) Huc pertinent Constitutiones Politicæ, Pax Publica & Religiosa de A. C. 1552. & 55. Instrumentum Pacis Cæsareo-Svecicum & Gallicum de A. C. 1648. in Münster, & Osnabrugg. tam mille piorum suspiriis & lachrymis impetratum; Recessus ultimus de A, C. 1654. (*De Legibus fundamentalibus Vid.* Lamberr, Danæ. *l.*3. *Christian. pol. c.* 6. Althus. *c.* 6. *pol.* Keckerm. *l.* 1.

syst.

lyst. Bornit. *pol. c.* 6. Antimachiavell. *l.* 1. *de Regn. aut quod. princip. & c. theor.* 1. Jacob. Bornit. *de fundand. stat. Reipubl. c.* 9.)

REGULÆ GENERALES.

I.

Juris publici cognitio minimè Studiosos Juris effugere debet; sed cum privato studio ob summam necessitatem & utilitatem est conjungenda. (VVarem. ab Erenb. *de fœd. l.* 1. *c.* 1. *n.* 126. D. Heig. *l.* 1. *q.* 11. *n.* 1. D. Arum. *de j. p. Vol.* 2. *disc.* 12. *c.* 1. & 2. *It. ad A. B. disc.* 1. *th.* 1. D. B. Carpz. *in semicent. quæst. illustr. ad A. B. q.* 1. *disp. feud.* 1. D. Schnobel. *disp.* 1. *ad Pandect. n.* 5. D. Sprenger. *in fragm. jur. publ. cap.* 1. *pr.*)

II. Leges fundamentales per Imperatorem abrogari non possunt, nisi Electores cæteriqve Imperii Ordines pro statu & utilitate Reipublicæ in abrogationem consentiant, (Aur. Bul. *t.* 12. §. 2. D. Arum. *de j. p. Vol.* 1. *dis.* 30. *c.* 2. *th.* 17. *seqq. & ad A. B. d. th.* 7. D. B. Carpz. *d. l. q.* 2 *n.* 16. 17.)

III. Jus Publicum per privatum, sive pactis privatorũ immutari non potest (*l.* 38. *ff. de part. l.* 27. *ff. de R. J.* Fulgos. *cons.* 29 Ruin. *cons.* 10. *n.* 1. & *cons.* 187. *n.* 2. *l.* 2. Paris. 66. *n.* 111. *l.* 3. Joh. Cephal. *cons.* 375. Laurent. Sylvan. *cons.* 40. *n.* 12. *Vol.* 1. D. B. Carpz. *j. f. c.* 1. *d.* 5. *n.* 3. Dn. D. Richter. *p.* 1. *d.* 3. *n.* 3.)



Nucleus Institutionum, Definitiones, Divisiones, & Titulorum connexiones exhibens.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI AD OMNIA CONSILIA, OMNESQvè ACTUS SEMPER PROGREDIMUR! l. 2. C. de *Off. Præf. Prat. Afr.*

APH, 1. *Institutiones* dictæ sunt ab *Instituendo.*

2. Vocantur alio nomine *Instituta.*

3. *Suntq; totius legitimæ scientiæ prima elementa.*

4. Dividuntur in *Proemium* & *Tractatum* ipsum.

5. *Prooemium* continet *inscriptionem* & *Constitutionem.* DE PROOEMIO.

6. *Inscriptio* exhibet:

   1. Invocationem Nominis divini.
   2. Autorem Operis.
   3. Dedicationem.

7. *Constitutio* continet:

   1. Officium Imperatoris in thesi, pr.

§. 1. & seqq. pen. ult.

APH. 2. Officium Imper. in hypothesi.

3. Confirmationẽ Institutorũ.

4. Adhortationem ad Jurisprudentiam addiscendam.

LIB. I.

DE TRACTATU IPSO.

8. *Tractatus* tradendus est methodo Analyticâ s. resolutivâ.

9. Incipiendum igitur â *Fine* & progrediendum ad *Media* & *Objectum*.

10. *Finis Jurisprudentiæ* est *Justitia*.

TIT. I. DE JUSTITIA & JURE. pr.

11. *Justitia* est constans & perpetua voluntas, jus suum cuiq; tribuendi.

§. 1.

12. *Jurisprudentia* verò est divinarum atq; humanarum rerum notitia, justi atq; injusti Scientia.

§. 3.

13. *Juris s. Jurisprudẽtiæ* præcepta Universalissima tria dantur:

1. Honestè vivere,

2. Alterum non lædere;

3. Suum cuiq; tribuere.

§. fin.

14. *Medium* est *Jus*, qvod vel *publicum* vel *privatum*.

15. *Publicum Jus* est qvod ad Statum Rei Romanæ spectat.

16. *Privatum* qvod ad singulorum utilitatem pertinet.

APH. 17. *Utrumqve* collectum est ex naturalibus præceptis, aut gentiũ aut civilibus.

18. Hinc aliud *Jus* est *Naturale* aliud *Gentium*, aliud *Civile*.

19. *Jus Naturale* est qvod natura omnia animalia docuit.

Tit. II. De Jure pr. Nat. Gent & Civ.

Aliter Grotius de J. B. & P. Cap.I,n.10.

Jus Naturale est dictatum rectæ rationis, indicans alicui actui ex ejus convenientiâ aut disconvenientiâ cum ipsâ naturâ rationali inesse moralem turpitudinem aut necessitatem moralem, ac conseqventer ab Autore naturæ Deo talem actum vel vetari vel præcipi.

20. *Jus Gentium* est qvod ratio naturalis usu & necessitate humanâ exigente constituit. §. 1. 2.

21. *Jus Civile* est qvod qvisq; populus ipse sibi constituit. 2.

22. Estqve vel *Scriptum* vel *non scriptum*. 3.

23. *Scriptum* dicitur qvod expressâ sanctione publicatum, ab initio habile est redigi in Scripturam.

24. Ejus sex dantur species:

1. *Lex*. 2. *Plebiscitum*.
3. *SCtum* 4. *Principũ placita*

 5. *Ma-*

5. *Magistratuum Edicta.*
6. *Responsa Prudentum.*

§. 4. 25. *Lex* est qvam Populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante veluti Consule constituebat.

26. *Plebiscitum* est, qvod plebs plebejo Magistratu interrogante veluti Tribuno constituebat.

5. 27. *SCtum* est qvod Senatus jubet atqvè constituit.

6. 28. *Constitutio* est Jus Scriptum qvod Princeps l. Imperator cõstituit.

7. 29. *Jus Prætorium* est, qvod Prætores introduxerunt, adjuvandi, vel supplendi, vel corrigendi Juris Civilis gratiâ propter utilitatem publicam.

8. 30. *Responsa Prudentum* sunt sententiæ & opiniones eorum qvibus permissum erat de Jure respondere.

31. *Jus non Scriptum* est qvod tacito populi consensu per usum seu mores introductum.

§. *fin.* 32. *Objectum* Iprudentiæ sunt *Actiones civiles.*

33. *Actiones Civiles* occupantur in Jure Personarum, Rerum Et Actionum.

Tit. III. De Jure Personarum.

34. *Jus Personarũ* est Jus qvo in certâ cõditione homo est cõstitutus.

35. Di-

35. Dicitur in specie *Status hominum.* pr.

36. Explicatur per Divisiones qvarum prima summa & principalis hæc est: Qvod omnes homines aut *Liberi* sunt aut *Servi.*

37. *Libertas* est naturalis facultas ejus, qvod cuiqvè facere libet, nisi si qvid vi aut jure prohibetur. §. 1.

38. *Servitus* est constitutio Juris Gentium qvâ qvis alieno dominio contra naturã subjicitur. 2.

39. In *Servorum* conditione nulla est differentie. In *Liberis* autẽ multæ: Aut enim sunt *Ingenui* aut *Libertini.* §. fin.

TIT. IV. DE INGENUIS.

40. *Ingenuus* est is, qvi statim, ut natus est, liber est.

TIT. V. DE LIBERTINIS.

41. *Libertini* sunt qvi ex justâ servitute manumissi sunt.

42. *Manumissio* est de manu datio. pr.

43. *Modi* manumittendi sunt vel *Civiles* vel *naturales.*

44. *Civiles* sunt: 1. Manumissio in SS. Ecclesiis 2. Vindicta, 3. Testamentum. §. 2.

45. *Naturales*: 1. Manumissio per Epistolam, 2. inter Amicos 3. per convivii adhibitionem.

46. *Manumissioni* adversantur duæ Leges: E 4 Lex

Lex Ælia Sentia.
Lex Fusia Caninia.

Tit. VI. Qui et ex quibus causis manumittere non possunt §.4.seqq.

47. *L. Æliæ Sentiæ* duo dantur Capita:

48. *Primo* capite L. Æl. Sentiæ cautum erat, ne in fraudem Creditorũ fiat manumissio.

49. *Altero*: ne Domino minori 20. annis aliter manumittere permittatur, qvam si 1. Vindicta, 2. apud Consilium; 3. justâ causa manumissionis approbatâ fuerint manumissi.

Tit. VII. De L. Fusia Caniniâ Tollenda. §. un.

50. *Lege Fusia Caninia* certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis.

51. *Secunda Personarum divisio* hæc est: qvod qvædam personæ *sui Juris* sint, qvædam *Alieno Juri* subjectæ.

Tit. VIII. De His, qvi Sui vel Alieni Juris sunt.

52. *Qvæ alieno juri Subjectæ*, aliæ sunt in potestate *Parentũ*, aliæ in potestate *Dominorũ*.

53. Hinc potestas *Dominica* & *Patria*.

54. *Potestas Dominica* est jus Domino in servos competens.

55. Consistit: I. In jure Personarum, coërcitione. 2. In jure Rerum, acqvisitione.

Tit. IX. De Patriâ Potestate.

56. *Potestas Patria* est jus Patri in Liberos competens.

57. Ex-

57. Explicatur per *Consentanea* & *Dissentanea*.

58. *Consentanea* consistunt in modis constituendi, qvales sunt:
1. Nuptiæ. — Tit. X.
2. Legitimatio. — §. fin. d t.
3. Adoptio. — Tit. XI.

59. *Nuptia* autem seu matrimonium est viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ consvetudinem continens. — §. 1.

60. Justarum *Nuptiarum* reqvisita sunt: — Tit. X. De Nuptiis. pr.
1. Ut contrahentes sint cives Romani.
2. Justa ætas.
3. Consensus contrahentium & eorum in qvorum sunt potestate.
4. ne conjungi prohibeantur.

61. Prohibentur vero:
1. ob Consangvinitatem. — §. 1. 2. 3. 4
2. Adfinitatem. — 5. 6. 7. 8.
3. Honestatem. — 9.
4. Civilem rationem. — 10.

61. *Legitimatio* est actus, qvo liberi naturales consentientes legitimi efficiuntur. — §. fin.

62. Fitqve 1. Oblatione Curiæ.
2. Subseqventi matrimonio.

 3. Re-

TIT. XI. DE ADOPTIONIBUS.

3. Rescripto Principis.

63. *Adoptio* est legitimus actus per qvem, qvi filius non est, pro filio habetur.

64. Dividitur in *Adoptionem Specificam* & *Arrogationem*.

§. 1. 65. *Arrogatio* est adoptio hominis sui juris principali Rescripto & causæ cognitione interveniente facta.

§. 2. 66. *Adoptio Specifica* est Adoptio ejus qvi in potestate Patris est, Magistratus imperio facta.

67. Estq; vel *plena* qvæ operatur Patriã potestatem; vel *minus plena* qvæ Patriam Potestatem non tribuit sed jus succedendi ab intestato.

TIT. XII. QVIBUS MODIS JUS PATRIAE POTESTATIS SOLVITUR.

68. *Dissentanea* Patriæ potestatis sunt modi eandem dissolvendi.

69. *Dissolvitur* autem:

pr. 1. Morte.

§. 1. 2. DeportationePatris &Filii.

3. 3. Servitute pœnæ.

4. 4. Dignitate.

5. 5. Captivitate.

6. 6. Emancipatione.

8. 7. Adoptione plena.

TIT. XIII. DE TUTELIS

70. *Personæ, qvæ sui juris sunt* qvædã vel in *Tutelâ* sunt, qvædam in *Curâ*, qvædã neutro jure tenẽtur.

71. *Tu-*

APH. 71. *Tutela* est vis ac potestas in Capite libero, ad tuendum eum, qvi per ætatem se ipse defendere neqvit, Jure Civili data ac permissa. §. I.

72. Dividitur in *Testamentariam*
Legitimam
Dativam.

73. *Tutela Testamentaria* est, qvam Parentes liberis suis impuberibus testamento constituunt. 3.

74. Estq; vel *Absoluta* qvæ per se subsistit,
vel *Confirmata*, qvæ propter aliqvem defectum Magistratus confirmationem reqvirit.

75. Omnes verò possunt dari Tutores Testamento, modo non prohibeantur. TIT. XIV. QVI TESTAMENTO TUT. DARI POSS.

76. *Tutela Legitima* est tutela, qvæ â lege immediatè defertur. TIT. XV. DE LEGITIMA AGNAT. TUT.

77. Estq; vel *Agnatorum.*
vel *Patronorum.*
vel *Parentum.*
vel *Fiduciaria.*

78. Legitima *Agnatorum tutela* est qvæ ex L. XII. Tab proximis agnatis est tributa. pr.

79. Durat tamdiu, donec Agnatio per *Capitis Deminutionē* sublata. §. *fin.*

TIT. XVI. DE CAPIT. DEMINUT. pr. §.1. 2. 3.

APH. 80. Est autem *Capitis Deminutio* prioris Status mutatio.

81. Eaq; vel *maxima*
media
minima.

82. *Maxima Cap. demin.* est cum aliqvis simul & civitatem & libertatem amittit.

83. *Minor seu media*, cum civitas qvidem amittitur, sed libertas retinetur.

84. *Minima* cum Civitas retinetur & Libertas, sed status hominis Commutatur.

TIT. XVII. DE LEGIT. PATR. TUTELA. §. un.

85. *Legitima Patronorum* Tutela est qvæ competit Patrono in libertos impuberes.

TIT. XVIII. DE LEG. PARENTUM TUTELA.

86. *Parentum tutela* est, qvæ datur patri in liberos anteà à seipso emancipatos.

TIT. XIX DE FIDUCIARIA TUT.

87. *Fiduciaria tutela* est, qvam parens in liberos ab avo emancipatos, vel frater, aut patruus in fratres aut frâtris liberos ante pubertatē emancipatos habent.

TIT XX. DE ATILIANO TUTORE, ET EO, QVI EX LEGE JULIÂ & TITIÂ DABATUR.

88. *Dativa tutela* est qvam Magistratus competens ad petitionem matris aut propinqvorum vel ex officio constituit.

89. Singulis tutelæ speciebus expositis, Imperator *Tutoris Officium* exhibet.

90. Offi-

APH. 90. *Officium* autem *Tutoris* consistit partim in *administratione* partim in *authoritatis præstatione*. §. fin.

91. Ad administrationem pertinet ut finitâ tutulâ tutor rationes reddat.

92. *Authoritatis præstatio* est approbatio ejus qvod cum pupillo geritur. TIT. XXI. DE AUTORITATE TUTORUM.

93. Eaq; vel *necessaria* si conditio pupillorum deterior sit futura. vel *non necessariu* si melior.

94. Hæc de modis tutelam *constituendi*. TIT. XXII. QVIBUS MODIS TUTELA FINITUR.

95. *Finitur* autem varie,
1. pubertate. pr.
2. Capitis deminutione pupilli §. 1.
3. Conditionis eventu. 2.
4. Morte vel pupill. vel tutorū. 3.
5. Capitis deminutione Tutoris. 4.
6. Temporis lapsu. 5.
7. Remotione.
8. Excusatione. §. fin.

96. Hactenus de *Tutela* seqvitur *Cura*. TIT. XXIII. DE CURATORIBUS.

97. *Cura* est potestas administrandi bona ejus qvi ipse rebus suis præesse neqvit.

§. 3. 98. Dividitur in *Legitimam* ut est cura furiosorum, prodigorum;

§. 1. 2. & *Dativam* qvæ â Magistratu aliis personis constituitur.

Tit. XXIV. De Satisdat. Tut. vel Curat.

99. Hucusq; de iis qvæ tam *tutela* qvam *Cura* propria fuerunt seqvuntur utriusq; *Communia*.

100. *Communia* autē sunt *Satisdatio*, *Excusatio*, *Suspecti postulatio*.

101. *Satisdatio* est cautio, qvâ pupillus vel adultus stipulatur â Tutore vel Curatore suo, rem pupilli salvam fore.

102. Satisdare tenentur omnes tutores & Curatores, Exceptis Testamentariis & ex inqvisitione datis.

Tit. XXV. de Excusationibus Tut. l. Curat.

103. *Excusatio* est allegatio immunitatis â tutelæ vel curæ onere.

104. Excusantur tutores & Curatores variis ex causis, Qvales sunt:

pr. 1. Numerus liberorum.

§§. 1. 2. Administratio rei Fiscalis.

2. 3. Absentia Reip. causa.

3. 4. Potestas.

4. 5. Lis cum pupillo de omnibus bonis.

5. 6. Tria onera tutelæ.

6. 7. Paupertas.

7. 8. Adversa valetudo.

8. 9. Imperitia literarum.

9. 10. Da-

10. Datio propter imicitias.	11.
11. Inimicitiæ capitales tutoris cum patre Pupilli.	12.
12. Qvæstio status mota.	13.
13. Ætas 70. annis major.	
14. Minor ætas.	
15. Militia.	14.
16 Professio Artium Liberalium.	15.
APH. 105. Propria Curæ Excusatio est:	
partim tutelæ gestio,	§. 18.
partim Maritus.	§. 19.
106. *Suspecti postulatio* est accusatio, qva Tutor aut Curator propter malæ administrantionis suspicionem potest conveniri coram Magistratu Jurisdictionem habente, ut suspectus, vel ab Officio removeatur, vel arbitrio Judicis puniatur, vel infamiâ notetur.	TIT. XXVI. De Suspectis Tut. vel Curat.

LIB. II.

APH. 1. Hactenus de *PERSONIS* seqvúntur *RES*.	Tit. I. De Rer. Div. & Acqvir. Rer. Dom. pr.
2. *RES* vel *in se* & *absolutè* conside-	

siderantur, vel *relativè* respectu acqvisitionis.

APH. 3. *In se* consideratæ aliæ sunt *in Patrimonio*, aliæ *extra Patrimonium.*

4. *Extra Patrimonium* sunt:
   1. *Res Communes*,
   2. *Publicæ*,
   3. *Universitatis*,
   4. *Nullius.*

§. 1. 5. *Res Communes* sunt, qvarum Proprietas est nullius, sed jure Gentium qvoad usum omnibus vacant.

2. 6. *Res Publicæ*, qvarum proprietas est certi populi, usus autem Communis omnibus.

6. 7. *Res Universitatis*, qvarum proprietas est certæ universitatis, & usus Singulis ex illa universitate Communis.

7. 8. *Res Nullius*, qvæ nec occupatione in bonis Occupantis esse possunt.

9. Suntqve vel *Sacra.*
Religiosa.
Sancta.

10. *Sa-*

APH. 10. *Sacra res* sunt qvæ ritè per Pontifices DEO consecratæ sunt. §. 8.

11. *Religiosa* sunt loca, humandis Cadaveribus demortuorum hominum destinata. 9.

12. *Sancta*, qvæ sanctione qvâdam ab injuria hominum subnixæ ac defensæ sunt. 10.

13. Tantum de *absolutâ* rerum Consideratione, seqvitur *relata*, respectu *acqvisitionis*. 11.

14. *Acqviritur* vel *JUS IN RE*, vel *JUS AD REM*. Hinc Res singulorum.

15. *JUS IN RE* est Jus circa rem aliqvam ad qvod *res* ipsa devincta est.

16. Ejus excellentior & præcipua species est *Dominium*.

17. *Dominium* est Jus in ipsius rei corporalis substantiam comparatum.

18. Acqviritur vel *Jure Gentium* vel *Jure Civili*.

19. Et J. G. fit vel *sine* vel *cum Voluntate* alterius.

20. *Sine alterius Voluntate*: Occupatione & Accessione.

21. *Oc-*

§. 12. App. 21. *Occupatio* est apprehensio rerum qvæ nullius sunt.

22. Fitqve, 1) *Venatione.*

17. 2) *Captivitate.*

18. 3) *Inventione.*

19. 23. *Accessio* est rei alienæ cum re nostra facta conjunctio.

24. Dividitur in *naturalem* & *industrialem.*

25. *Naturalis* est, qvæ naturâ sine facto hominum contingit.

26. *Naturalis* est vel ex *re nostrâ* vel *aliunde.*

27. *Ex re nostrâ* est: fœtura animalium nostrorum.

20. 28. *Aliunde* rei nostræ accedit aliqvid occasione fluminis publici, qvando flumen cursum suum mutat vel *pro parte* vel *in totum.*

29. *Pro parte* vel *juxta ripas* vel in *sui medio.*

30. *Juxta ripas*, dum illis portionem qvandam adjicit terræ, eâqve augmentum addit vel *paulatim & latenter* vel *confestim* & *apparenter.*

31. *Latenter* per *Alluvionem*, qvæ est incrementum latens.

32. *Con-*

APH. 32. *Confestim* & *apparenter* per *Avulsionem*. §. 21.

33. *In sui medio* flumen cursum suum mutat cum nascitur *Insula*. 22.

34. *Qva* est terra non cohærens sed aqvis circumflua.

35. Estqve vel *maritima* vel *fluminaris*.

36. Sic mutatur flumen *pro parte*. *In totum* verè hoc contingit *Alvei mutatione*. 23.

37. Est hæc vel *vera* vel *qvasi*.

38. *Vera*, si flumen cursu antiqvo mutato & relicto alveo alio fluere cœpit.

39. *Qvasi mutatio* alvei contingit per *inundationem*. 24.

40. *Accessio industrialis* est, quæ artificio & opera hominum perficitur.

41. Contingit vel *mutata specie rei*, vel *eadem salvâ manente*.

42. *Prior* Accessio vocatur *Specificatio*.

43. *Specificatio* est nova speciei ex alienâ materiâ formatio.

44. *Posterior* contingit variè:

I. Ad-

APH. 1. *Adjunctione*,
2. *Commixtione*,
3. *Inædificatione*,
4. *Plantatione*,
5. *Satione*.
6. *Scripturâ*.
7. *Picturâ*.
8. *Poſſeſſione rei alienæ*.
9. *Inventione Theſauri*.

§. 26. 45. 1) *Adjunctio* eſt qvâ rei noſtræ principali ejus augendæ, ornandæ gratia res aliena jungitur.

27. 46. 2.) *Commixtio* eſt, qvando Dominorum diverſorum res & materiæ inter ſe & in unum aliqvod Corpus permiſcentur.

47. Dividitur in *Confuſionem* & *Commixtionem* in ſpecie ſic dictam.

28. 48. *Confuſio* eſt, qvando duorum v. g. dominorum materiæ in unum *Corpus* confunduntur ut ſeparari non poſſint.

49. *Commixtio* eſt, qvando ſingula corpora in ſuâ ſubſtantia durant, nec novam ſpeciem conſtituunt.

30. 50. 3.) *Inædificatio* eſt, qvâ qvis vel

APH. vel ex alienâ materia in suo, vel ex sua materia in alieno solo ædificat,utroq; Casu fit Dominus is, cujus & solum est.

51.4.) *Plantatio*, quâ dominium acqviritur, si planta cum terrâ coaluerit, & radices egerit. §. 31.

52. 5.) *Satio frumenti*, qvod eâdem ratione ut planta, solo alieno in qvod injectum fuit cedere dicitur. 32.

53. 6.) *Scriptura*, qvæ cedit chartæ. 33.

54. 7.) *Pictura* vero tabulam propter artis privilegium ad se trahit. 34.

55. 8.) *Possessio rei alienæ* cum bonâ fide conjuncta, qvæ possessori naturali ratione fructus instar Domini tribuit. 35.

56. 9.) *Thesaurus* est vetus depositio pecuniæ, cujus initii memoria non extat, ut jam Dominum nô habeat. 39.

57. *Acqvisitio* qvæ fit *cum Voluntate* alterius dicitur *Traditio*. 40.

58. *Tra-*

APH. 58. *Traditio* est actus, qvo res voluntate Domini ex justa Causa dominio nostro adjicitur.

59 Estqve vel *specialis*, vel *generalis*.

60. *Specialis* expressâ constat conventione.

61. Estqve vel *vera* vel *ficta*.

62. *Illa* est proprie rerum Corporalium, qvæ corporali actu apprehendi possunt.

§. 43. 63. *Hæc*, qva res etsi naturaliter tradita non sit, pro tradita tamen in effectu juris habetur.

44. 64. Fitqve vel *fictione brevis manus* vel *Symbolo*.

45. 65. *Generalis* facto declaratur.

46. 66. Idqve vel in *jactatione missilium*, vel in *rebus pro derelicto habitis*.

47.

TIT. II. DE REBUS CORPOR. & INCORP.

67. Tantum de acqvisitione rerum *corporalium*, seqvitur *incorporalium*.

§. un. 68. Sunt autem *corporales* qvæ sui natura tangi possunt.

69 *Incorporales* qvæ tangi non possunt.

70. Rebus incorporalibus annumerantur *Servitutes*.

71. *Serv-*

APH. 71. *Servitus* est jus in re alienâ ad alterius utilitatem constitutum. (*lis.*
72. Estq; vel *realis* vel *persona-*
73. *Realis* qva res rei servit.
74. Dividitur in *Rusticam* & *Urbanam*.
75. Qvarum *illa*, qvæ servit prædio rustico, hæc qvæ prædio Urbano.
76. *Personalis* est qva res personæ servit.
77. Et est vel *plena* vel *minus plena*.
78. Ad plenam refertur *Usus-fructus*.
79 *Ususfructus* est Jus alienis rebus utendi fruendi, salva Rerum Substantiâ.
80. Dividitur in *Verum* & *Qvasi*.
81. *Verus* est, qvi consistit in rebus cō consumtibilibus.
82. *Qvasi*, qvi consistit in rebus consumtibilibus.
83. Ad Servitutem personalem *minus plenam* pertinet *usus* & *habitatio*.
84. USUS est jus utendi rebus alienis ad qvotidianam necessitatem, salvâ rerum Substantia,

TIT. III. DE SERVIT. RUST. & URBANOR. PRAEDIORUM.

TIT. IV. DE USUFRUCTU.

§. 2.

TIT. V. DE USU ET HABITATIONE.

85. Ha-

§. 5. APH. 84. *Habitatio* est Jus alienas ædes inhabitandi.

§. fin. 86. Sic fuit acqvisitio J. G. seqvitur *Juris Civilis*.

TIT. VI. DE USUCAPION. & LONGI. TEMP PRAESCRIPT.

87. *Juris Civ.* acqvisitio est vel *Singularis* vel *Universalis*.

88. Acqvisitio *Singularis* respicit vel *modum acqvirendi* vel *personas acqvirentes*.

89. *Modi acqvirendi* sunt: *Usucapio*, *Donatio*, *Legatum* & *Fides commissum*.

90. *Usucapio* est adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti.

91. Reqvisita seqventibus includuntur versiculis: Non usucapies, nisi sint tibi talia qvinqve: *Justa fides, justus titulus, res non vitiosa, ut res tradatur, tempus qvoqve continuetur.*

TIT. VII. DE DONATIONIBUS. pr.

92. *Donatio* est actus qvo res aliqva ex merâ liberalitate in alterum Confertur.

93. Estqve vel *mortis causâ*, vel *non mortis causâ*.

94. *Mor-*

APH. 94. *Mortis C. Donatio* est, qvæ propter mortis fit suspicionem.

95. *Donatio non mortis C.* seu *inter vivos est*, qvæ fit sine ulla cogitatione mortis.

96. Estqve vel *simplex*, vel *relata*, (ob causam.)

97. *Simplex* est, cum res nullo jure cogente, solius liberalitatis exercendæ gratia in alterum confertur.

98. *Relata* qvæ fit ob causam.

99. Ad relatam spectat *Donatio propter nuptias*. §. 3.

100. *Donatio propter nuptias* est, qvæ fit â marito uxori in securitatem dotis.

101. Hucusqve de *modis* acqvirendi seqvuntur *personæ*.

102. *Persona* est vel *alienans* vel *acqvirens*. TIT. VIII. QVIBUS ALIEN. LIC. VEL NON. pr. §. 1. § fin. § 2.

103. *Alienare potest*, qvi est Dominus, nisi sit maritus aut pupillus.

104. *Alienare neqvit* qvi non est Dominus, exceptoCreditore.

105. Persona *acqvirens*, vel *immediatè* acqvirit, per se ipsam TIT. IX. PER QVAS PERS. NOBIS ACQVIR.

ipsam vel *mediate* per
lios.

APH. 106. Hi sunt vel *in potestate*,
non.

107. *In potestate* sunt *liberi* & *s*
vi nostri.

§. 1. 108. *Liberi jure antiqvo* qvicq
acqvirebant, parentibus
qvirebant.

109. *Jure Novo* sub distinctione
culiorum acqvirunt.

110. *Peculium* verò est filior
vel servorum patrimoniu
seorsim à paternis vel do
nicis rationibus eis consti
tum.

111. Estqve vel *paganum* vel *m*
tare.

112. *Paganum* extra militiam
qviritur.

113. Dispescitur in *Profectitium*
adventium.

114. *Profectitium* ex re patris p
fectum totum est Patris.

115. *Adventitium* aliunde ac
dit, Et est vel

116. *Ordinarium* & regulare
Extraordinarium & irre
lare.

117. *Illud* qvoad usum fructum
I

tris, qvoad Proprietatem filiifam.

APH. 118. *Hoc* pleno Jure filiofam. Cedit.

119. *Militare* in militia obvenit.

120. Estqve vel *castrense* vel *qvasi castrense*.

121. *Castrense* in militiâ sagatâ, *qvasi Castrense* in togatâ filio accedit.

122. *Servi* omnia nobis acqvirunt. §. 4.

123. *In potestate non sunt* extraneæ personæ, per qvas nihil accipimus, nisi sit procurator. 5.

124. Hæc de *Usucapione* & *Donatione*. *De Legato* & *Fidei-Commisso* post testamenta explicata tractabitur. §. fin.

125. Seqvitur *acqvisitio J. C.* universalis.

126. Contingit ea seqventibus modis:

1) *Hereditate.*
2) *Bonorum possessione.*
3) *Arrogatione.*
4) *Addictione bonorum* libertatũ conservandarum causa factâ.

127. *Hereditas* est Jus Univers
qvo bona defuncti ad
pertinere sive nostra esse c
mus.

128. Defertur vel ex *testamen*
hinc *testamentaria*, vel
intestato, hinc *legitima*.

129. *Testamentaria* est, qvæ
fertur ex *testamento*.

TIT. X. DE TESTAMENTIS ORDINANTIS.

130. *Testamentum* est volun
nostræ justa sententia de
qvod qvis post mortem s
fieri velit.

131. Estqve vel *solenne* vel *m*
solenne.

132. *Illud* certis constat sole
tatibus, *hoc* sine iis per
tur.

133. Utrumqve vel est *scriptum*
nuncupativum.

134. Testamentum *solenne*
ptum est qvod in *scriptis*
ficitur.

§. 3. 4.

135. Ejus solennitates sunt hæ.
1. Ut ipse Testator
stamentum con
bat.
2. Ut ipse subscribat
3. Ut actus testand
at uno contextu

4

125.

4. Ut adhibeantur septem testes.

5. Ut testes sint specialiter rogati.

6. Ut testes sint præsentes. §. 5.

7. Ut sint habiles & idonei. 6.

8. Ut signent & subscribant.

APH. 135. Testamentũ *nuncupativum* est, qvod in præsentia Septem Testium sine scriptura celebratur. §. fin.

TIT. XI. DE MILITARI TESTAMENTO.

136. Ad Testamentum *minus solenne* refertur *militare*.

137. Est autem *militare* qvod à militibus citra solennitates in expeditionibus conficitur.

TIT XII. QVIB. NŌ EST PERM FACERE TESTAM.

138. *Causa Efficiens* est *Testator*, qvi hanc Facultatem habet.

139. Sed possunt testari *omnes*, qvi *non prohibentur*.

140. *Prohibentur* autem. pr.

1. Filiifamilias.

2. Impuberes, Furiosi. §. 1.

3. Prodigi. 2.

4. Surdi, Muti. 3.

5. Cœci. 4.

5. | 6. Ii, qvi ſunt apud h… ſtes.

TIT. XIII. DE EXHAERED. LIBER.

APH 141. *Forma* Teſtamenti eſt *in… tutio hæredis.*

142. Dividitur ea in *primam* ſ… inſtitutionem in ſpecie ſic … ctam, & *ſecundam* ſive ſubſ… tutionem.

143. *Prima* vel eſt *neceſſaria*, … *voluntaria*.

pr. 144. *Neceſſaria* obtinet inter p… rentes & liberos. Nam pa… liberos in poteſtate exiſten… vel inſtituere heredes, vel n… minatim exheredare tenetur.

TIT. XIV. DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.

145. *Voluntaria* inter qvosvis e… traneos conſiſtit.

146. Et reſpicit cum *perſonas* … *ſtituendas*, tum *modum in…tuendi.*

pr. 147. *Perſonæ* inſtituendæ ſunt … beri & ſervi.

§§. 5. *ſqq.* 148. *Modus* alius eſt ratione *qva… titatis*, alius ratione *qvalit… tis.*

TIT. XV. DE VULG SUBSTIT.

149. *Inſtitutio ſecunda* ſeu *ſubſ… tutio* eſt ſecundi vel ulterio… heredis inſtitutio in locum … ficientis facta.

150. F…

APH. 150. Estqve vel *Vulgaris* vel *pupillaris*.

151. *Vulgaris* est, qvæ fit à qvocunq; Testatore, cuicunq; heredi in casum communem non existentium heredum.

152. *Formula*: Titius heres esto, si Titius heres non erit, Cajus heres esto.

153. *Pupillaris* est vel *Vera*, vel *qvasi*. TIT. XVI DE PUPILL. SUBSTIT. pr.

154. *Vera pupillaris* est qvæ fit à patre liberis impuberibus, & in potestate existentibus in casum heredum existentium, sed intra annos pupillares decedentium.

155. *Formula*: Filius meus heres mihi esto. Et si filius meus heres mihi erit, & prius moriatur, qvam in tutelam suam venerit, tunc Seius heres esto.

156. *Qvasi pupillaris* Substitutio est, qvæ fit à parentibus, liberis mente captis, in eum Casum si heredes erunt, & in illa infirmitate decesserint. §. 1.

APH. 157 *Formula*: Filius heres esto, & si heres erit, sed in illa infirmitate decesserit, Sejus heres esto.

TIT. XVII. QVIBUS MOD. TEST. INFIRM.

158. Hactenus de *Testamenti constitutione*, seqvitur qvomodo *infirmetur*.

159. *Infirmatur* vel *ipso Jure* vel *Officio Judicis*.

160. *Ipso Jure*, vel *rumpendo*, vel *ad irritum deducendo*.

pr.

161. *Rumpitur* testamentum, *Agnatione* & *Testamento posteriore*.

§. 1.

162. *Agnatio* est vel *naturalis* vel *civilis*.

163. *Naturalis*, qvâ Patri post Testamentum ritè conditum posthumus, de qvo non cogitavit, nascitur.

164. *Civilis*, qva qvis post Testamentum factum per *arrogationem* vel *adoptionem* sibi filium eligit.

165. *Irritum* fit Testamentum:

1. Ca-

1. Capitis deminutione.
2. Desertione sive destitutione.

166. *Officio Judicis* infirmatur Testamentum *Qverela Inofficiosi*.

APH. 167. *Qverela inofficiosi* est actio qva ritè qvidem sed iniqve exheredatus agit contra scriptum heredem, ut testamentum rescindatur, & rescisso Testamento, hereditas restituatur. TIT. XVIII. DE INOFF. TESTAM.

168. Competit: 1. Liberis, §. 1.
2. Parentibus,
3. Fratribus & Sororibus, turpibus personis institutis.

169. Hactenus de *Causis* Testamenti seqvitur *Effectus*.

170. *Effectus Testamenti* est *hereditatis acqvisitio*.

171. Ea respicit vel *personas acqvirentes*, vel *modum acqvirendi*. TIT. XIX. DE HER. QVAL. ET DIFF.

APH. 172. *Personæ* sunt *Heredes.*

pr. 173. *Heredes* autem aut *necessarii* dicuntur ut *Servi*, aut *Sui* & *necessarii* ut Liberi, aut *extranei*.

§§. 1. 2. 3.

4. 174. In *extraneis* reqviritur *Testamenti factio*.

175. Qvæ est duplex : *Activa* & *Passiva*.

176. *Activa* jus testamenti faciendi tribuit.

177. *Passiva*, cujus beneficio heres scribi, vel capere aliqvid ex alieno Testamento qvis potest.

5. 178. *Modus* acqvirendi consistit in *hereditatis acceptione*.

179. *Eam* aliter acceptant *Sui*, aliter *extranei*.

180. *Sui ipso Jure* fiunt heredes, *Extranei aditione*.

181. *Aditio* autem hic vel *in se* consideratur, vel *respectu Beneficiorum Heredibus indultorum*.

182. Ejusmodi duo sunt : *Jus deliberandi*, & *Inventarii confectio*.

183. *Jus*

APH. 183. *Jus deliberandi* est consultatio de hereditate adeundâ, vel repudiandâ, certô tempore expediendâ.

184. *Confectio Inventarii* est adita hereditate bonorum in hereditate repertorum annotatio & in scripturam redactio.

185. *Aditio in se* considerata est declaratio voluntatis de acqvirendâ hereditate. §. fin.

186. Dividitur in *aditionem in specie* sic dictam qvæ *verbis*, & *pro herede gestionem*, qvæ *factis* declaratur.

TIT. XX. DE LEGATIS.

187. Testamento utpote principali explicato, subjiciuntur *accessoria*:
1) *Legata*,
2) *Fideicommissa*,
3) *Codicilli*.

188. *Legatum* proponitur vel in *Consentaneis*, Definitione & Causis, vel in *Dissentaneis*.

189. *Legatum* est donatio qvædam à defuncto relicta, ab herede præstandâ.

APH. 190. Olim erant Legatorum genera qvatuor:

Per Vindicationem,
Per Damnationem,
Sinendi modo,
Per præceptionem.

Qvibus hodie una eademqve natura data.

§. 4. 191. Legari possunt: *Res propria,*
Heredis,
Aliena,
5. *Oppignorata.*
7. *Quæ in rerum natura actu non existunt sed fore sperantur.*
13. *Liberatio à debito.*
15. *Dos.*
21. *Incorporalia.*
22. *Genus.*
23. *Optio.*
24. 192. Legare autem illis solum potest, cum qvibus testamenti factio est.

193. Sed

APH, 193. Sed nec error nominis, nec falsa demonstratio, nec falsa causa Legato nocet. | §. 29. 30. 31. TIT. XXI. DE ADEMPT: & TRANSLAT. LEGAT.

194. *Dissentanea* Legatorum sunt:
Ademtio &
Translatio.

195. *Ademptio* fit vel *ipso jure*, verbis, vel *factis.*

196. *Transfertur*, si testator Legatum uni adimat & in alium transscribat.

197. *Minuitur* saltem Legatum L. *Falcidia.* | TIT. XXII. DE LEGE FALCIDIA.

198. L. *Falcidia* cavetur, ne plus legare liceat, qvam dodrantem totorum bonorum.

199. *Fidei-Commissum* est qvod verbis precariis relinqvitur. | TIT. XXIII. DE FIDEIC. HEREDIT. & AD SCtū TREBELL.

200. Est vel *Universale* vel *particulare.*

201. *Universale* est, cum tota hereditas, vel pars ejus ab herede præstanda relinqvitur.

202. Duo hic occurrunt *SCta*, *Trebellianum* & *Pegasianum.*

Aph. 203. *Trebelliano* cavetur de translatione actionum.

204. *Pegasiano* ut liceat heredi qvartam partem detrahere.

Tit. XXIV. De Sing. Rer. per Fideic. Relict.

205. *Particulare* est, qvo saltem res singulæ relinqvuntur.

* Tit. XXV. De Jure Codicill.

* 206. *Codicilli* sunt ultima voluntas minus solennis absq; heredis institutione coram qvinq; testibus facta.

207. Fiuntq; vel *cum testamento*, vel *ab intestato*.

208. *Illi* naturam testamentorum seqvuntur.

209. *In his* vero ab intestato venientes rogati censentur, ut Codicillis relicta præstent.

Lib. III.

Tit. I. De Hered. qvae ab Intest. Deferunt. pr.

Aph. 1. Sic fuit *Hereditas testamentaria*, seqvitur Legitima.

2. *Legitima* est qvæ a lege solâ ab intestato defertur.

3. *Intestatus* decedit qvi aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id qvod fecerat, ruptum irritumve factũ est, aut si ex eo nemo heres extiterit.

4. Defertur autem hereditas *certis personis*

ſonis, ſed aliter *jure antiqvo*, aliter *jure novo*.

APH. 5. *Jure antiqvo* ſub duplici ordine, qvorũ prior eſt *ſuorum heredum*, alter *agnatorũ*. §. 1.

6. *Sui heredes* ſunt liberi defuncti, qvi in poteſtate morientis fuerunt, & tempore delatæ hereditatis primum in familiá defuncti gradum obtinent. 2.

7. Deficientibus *Suis*, *agnati* vocantur. TIT. II. DE LEGIT. AGN. SUCCESS. §. 1.

8. Sunt autem *agnati* cognati per virilis Sexus perſonas cognatione conjuncti, qſ. à patre cognati.

9. Hinc inter *matrem* & *filium filiamve* ultrocitroq; hereditatis capiendæ jus non erat, niſi ex SCto *Tertylliano* & *Orphitiano*.

10. *Tertylliano* cautum eſt, ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina qvatuor ad bona filiorum filiarumvè admittatur inteſtato mortuorum. TIT. III. DE SCto TERTULL.

11. *Orphitiano liberi* ad bona matrum inteſtatarum admittuntur. TIT. IV. DE SCto ORPHITIANO.

APH.

TIT. V. DE SUCCESS. COGNAT.

APH. 12. Post heredes *suos* & *agnatos* Prætor ad Succesſionem vocat *cognatos*.

13. Sunt autem *cognati* qvi per fœminі ſexus perſonas cognatione junguntur.

TIT. VI. DE GRADIBUS COGNAT.

14. In his proximitatis graduum ratio habenda.

15. Unde de *Gradibus* & *Lineis* dicendum.

16. *Gradus* eſt ipſa generationis Series, qvod alii ab aliis qſ. gradibus qvibusdam oriantur.

17. *Linea* eſt ſeries perſonarum ab eodem Stipite venientiũ, gradus continens & numeros diſtingvens.

18. Eaq; vel *recta*, vel *transverſa* ſeu lateralis.

19. *Illa* eſt qvæ continet perſonas, qvæ *Parentum* & *liberorum* nomine veniunt.

20. Eſtqve vel *ſuperior* in qvâ ſunt Parentes i.e. omnes aſcendentes, vel *inferior* in qvâ *Liberi* i.e. deſcendentes.

21. *Hæc* eorum eſt, qvi ex latere veniunt, h. e. à qvibus nec nos originem trahimus, nec illi à nobis, nobiſcũ tamen ab uno Com-

Communi stipite descendunt. Huc spectant fratres, & sorores, eorumq; liberi, Patrui &c.

22. Estq; vel *aeqValis* vel *inaeqValis*.

23. *AEqValis* est, in qva latera utrinq; coëunt, qvæ scilicet eorum est, qvi pari gradu distant à communi Stipite.

24. *InaeqValis* cum alter est remotior, alter propinqvior.

25. Qvod attinet *serVilem Cognationem*, *Jure* qvidem *antiqVo* illius ratio in successione insuper habebatur, *Jure* tamen *noVo* nati ex servis ancillisve, si parentibus manumissis ipsi quoq; manumissi sint superstites, eis ab intestato succedunt, exclusis patronis, à qvibus antea excludebantur. Tit. VII De Servili Cognat.

26. Subjicit Imp. hic, qvomodo *libertis Patroni* succedunt. Tit. VIII. De Succ: Libert.

27. Qvod per varia jura subinde mutata, explicatur. Sed ipse Just. jura ingenuitatis & libertinitatis qvoad successiones penè consonantia fecit. §. 1. & seqq. §. pen.

28. Ge-

Tit. IX. De Assignat. Libert.

Aph. 28. Generaliter definitum est, pa-
trono mortuo, ad liber
ejus, qvi gradu proxim
sunt, bona liberti ex æqv
pertinere.

29. Datur tamen limitatio, nisi u
ex liberis, *libertum assi-
gnaverit* pater, nam tu
is solus patronus est.

30. Tali modo succeditur *Jure an-
tiqvo*, longe aliter *Jur
novo*.

Novell. CXVIII.

31. *Jure novo* succedunt:

1. *Descendentes.*
2. *Ascendentes.*
3. *Collaterales.*

Cap. 1.

32. *Descendentes* primi gradus
capita; ulterioris seu so
seu cum illis concurran
in stirpes succedunt.

33. *In capita* succedi dicitur, cum
tot partes hereditas divi
ditur, qvot sunt capita, se
personæ succedentium.

34. *In stirpes*, cum pro numero sti
pium secatur, ut qvi sun
ex unâ stirpe, partem una
ferant, qvi ex alterâ, lic
pauciores, aut unus ta
tùm partem alteram.

35. *Ascen*

Aph. 35. *Ascendentes* seu soli, sed tamē secundum gradus prærogativam, seu cum fratribus utrinq; conjunctis in capita, cum prædefunctorum fratrum liberis vero in stirpes admittuntur. Cap. 2.

36. *Ex Collateralibus* primo vocantur fratres utrinqve conjuncti soli in Capita, cum prædefunctorum fratrum liberis in stirpes. His non extantibus fratres ab uno latere: Et tandem Cognati ulteriores in infinitum succedunt. Cap. 3.

37. Hucusq; de *hereditate*.

38. *Secundus modus* dominium per universitatem acqvirendi est *Bonorum possessio*. Tit. X. De Bonor. Possess.

39. *Bonorum possessio* est jus persequendi & retinendi patrimonii vel rei, qvæ cujusq;, cum moreretur, fuit.

40. Eaq; vel *Edictalis* vel *Decretalis*.

41. *Edictalis* est, qvæ datur ex Edicto Prætoris, sine causæ cognitione, de plano, nec tribunal desiderat.

42. Estq; vel *Ordinaria*, vel *extraordinaria*

Aph.

APH.43. *Ordinaria*, qvæ ex certâ Edi parte certoq; ordine de fertur.

44. Defertur vel ex *teſtamento* ve *ab inteſtato*.

45. *Ex teſtamento*: ut *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas*, & *contra tabulas*.

46. *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas eſt*, qvæ ſecundũ teſtatoris voluntatem omnibus jure ſcriptis vel nuncupatis heredibus defertur.

47. *Bonorum poſſeſſio contra tabulas* eſt, qvæ liberis præteritis contra teſtamentũ & voluntatem defuncti datur.

48. *Ab Inteſtato*, ut:

Bon. poſſ. unde liberi qvæ datur liberis ſuis & emancipatis.

unde legitimi, qvâ vocantur agnati.

unde Cognati, qvâ vocantur Cognati.

unde Vir & uxor, qvæ datur Conjugibus invicem.

49. *Ex-*

APH. 49 *Extraordinaria* qvæ extra ordinem ex novis legibus defertur.

50. *Decretalis*, qvæ datur ex decreto cum causæ cognitione pro tribunali.

51. Species ejus sunt:
Carboniana,
Ventris nomine,
Litis ordinandæ vel *præparandæ gratia*.

52. *Carboniana*, qvæ decernitur liberis, qvibus de statu & hereditate paternâ simul qvæstio movetur, perinde ac si lis mota non fuisset, dilatâ qvæstione in tempus pubertatis.

53. *Ventris nomine*, qvæ datur mulieri prægnanti in bonis mariti donec enixa sit, vel eam gravidam esse constet.

54. *Litis ordinandæ* vel *præparandæ gratiâ* qvæ datur filio emancipato exheredato vel præterito, ad Conseqvendam facultatem intentandi qverelam inofficiosi.

TIT. XI. DE ACQVISIT. PER ARROGAT.

55. *Tertius modus* per universitatem acqvirendi dominium est *arrogatio*, qvâ is, qvi se arro-

arrogandum dat cum capite fortunas qvoq; suas i.e. omnia qvæ habet transfert ad patrem adoptivum.

TIT. XII DE EO, CUI LIBERT. CAUSA BONA ADDIC.

APH. 56. *Qvartus est addictio bonorũ libertatum Conservandarum causâ*, qvâ illi, qvi nullo existēte hærede, præstita cautione libertatum conservandarũ aucsâ bona sibi addici petunt, audiuntur.

TIT. XIII. DE SUCCESS. SUBL. QVAE FIEBANT PER BON. VEND. & EX SCTO CL. pr.

57. Erant olim & alii duo modi, per universitatem acqvirendi, *Bonorum Venditio* & ex *SCto Claudiano*. Qvi tamen ab usu recesserunt.

58. Sic fuit Jus IN RE, seqvitur Jus AD REM.

59. Jus AD REM est Jus circa rem, qvo nobis alius adstringitur, ad aliqvid dandum, faciendum vel præstandũ.

60. Jus AD REM uno vocabulo *obligationis* appellatum est.

TIT. XIV. DE OBLIGATIONIBUS.

pr. 61. *Obligatio* est juris vinculum, qvo necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ secundum nostræ civitatis Jura.

62. Dividitur I. in *naturalem tantum*, *civilem tantum*, & *mixtam*. APH. 63.

APH. 63. *Naturalis obligatio* est vinculum æqvitatis naturalis, qvo qvis naturaliter adstringitur ad solvendum.

64. Estq; vel *minus plena*, vel *plena*.

65. *Minus plena* est qvæ in terminis meræ honestatis & æqvitatis naturalis consistit.

66. *Plena*, qvâ qvis adstringitur ad præstandum id, qvod honestè promissum est.

67. *Civilis* est, qva qvis ita adstringitur, ut competat qvidem in eum actio, sed qvæ per Exceptionem oppositam Jure Prætorio inefficax reddi possit.

68. *Mixta*, qvæ perfectam & efficacem habet præstandi necessitatem, & extorqvendi rem remediis juris etiam ab Invito

69. *Civilis mixta* dispescitur iterum in duas species, vel *civilem in specie sic dictam & Prætoriam*. §. 1.

70. *Illa* aut est *legibus constituta*, aut *certo Jure Civili approbata*.

71. *Hac*, qvam Prætor ex suâ Idictione constituit.

APH.

§. 2. 72. *Obligationes* dividuntur II. in eas, qvæ oriuntur *ex contractibus* vel *qvasi*, vel *ex delictis* vel *qvasi*.

73. *Contractus* est Conventio propria sua vi obligationem ad agendum efficacem producens.

74. Dividuntur in *veros* & *qvasi*.

75. *Veri* expressâ constant conventione.

76. Suntq; rursus vel *nominati* vel *innominati*.

77. De *nominatis* potissimum hic agitur.

78. *Contractus nominati* sunt in qvibus consensus super certissimas determinatur Circumstantias.

79. Et ineuntur, vel *re*, vel *verbis*, vel *literis*, vel *consensu*.

80. *Contractus Reales* dicuntur, qvi præter consensum rei traditionem ad sui perfectionem desiderant.

81. Qvorum qvidam sunt *rerum fungibilium*, ut: *Mutuum*, qvidam *rerum non fungibilium*, ut: *Commodatum*, *Depositum*, *Pignus*,

APH. 82. *Mutuū* est contractus Realis, stricti *juris*, unilateralis, qvo res fungibilis eâ lege datur, ut ab accipiente in eodem genere restituatur.

83. Oritur exinde *Condictio certi ex mutuo*, qvæ est actio personalis, stricti Juris, rei persecutoria, civilis, qvæ datur mutuanti adversus mutuatarium, ad rem mutuatam in genere restituendam.

84. *Commodatum* est contractus realis, bonæ fidei, bilateralis, qvo res gratis ad certum usum conceditur, ut finito usu in specie restituatur. §. 2.

85. Duplex ex hoc contractu descendit actio, *Directa* & *Contraria*.

86. Actio Commodati *directa* est actio personalis, bonæ fidei, rei persecutoria, Civilis, qvæ datur Commodanti adversus, Commodatarium ejusq; heredem, ut finito usu res salva & integra restituatur.

87. Actio Commodati *contraria*, competit Commodatario ad petendum qvod sua interest.

§. 3. Aph.88. *Depositum* est contractus realis, bonæ fidei, bilateralis, qvo res gratis alterius fidei & custodiæ committitur, ut qvandocunq; libuerit deponenti, eadem in specie reddatur.

89. Hinc *Actio Depositi directa* & *contraria*.

90. *Actio Depositi directa* est actio personalis, bonæ fidei, Civilis, rei persecutoria, qva deponens agit adversus depositarium, ut rem depositam in specie reddat.

91. *Actio Depositi contraria* datur depositario ad conseqvendum, qvod sua interest.

§. fin. 92. *Pignus* est contractus realis bonæ fidei, bilateralis, qvo res traditur in crediti restituendi fidem atq; securitatem.

93. *Inde Actio pignoratitia directa* & *contraria*.

94. Actio pignoratitia *directa*, est actio personalis, bonæ fidei, rei persecutoria, Civilis, qvâ debitor rem oppignoratam soluto debito, à Creditore repetit.

95. *Actio pignoratitia contraria* est, qvâ

qvâ Creditor id, qvod sibi pignoris nomine abest, perseqvitur.

APH. 96. Sic fuerunt Contractus *Reales*; *Verbis* contrahitur sola *Stipulatio*.

97. *Stipulatio* est contractus verbalis, civilis, stricti Juris, mutuâ eâq; congruâ interrogatione & responsione constans. TIT. XVI. DE VERB. OBLIG. pr.

98. Oritur inde *condictio certi* cum certum, & *actio ex stipulatu* cum incertum in stipulationē deductum est.

99. Utraq; est actio Civilis, stricti juris, rei persecutoria, qvæ datur stipulatori adversus promissorem, ut qvod in stipulationem deductum præstetur.

100. *Stipulator* & *Promissor* vel est *unus*, vel *duo pluresve*; hinc *Rei stipulandi* & *promittendi*. TIT. XVII. DE DUOBUS REIS STIP. & PROM.

101. *Rei stipulandi* qvi eandem rem ab eodem in solidum stipulati sunt eâ mente, ut qvamvis solida singulis, una tamen omnibus debeatur.

102. Rei *promittendi* sunt qvorum singuli eandem rem eidem stipulanti in solidum promiserunt, eâ mente, ut qvamvis

Tit. XVIII. De Stipul. Servor. pr. vis solidum singuli, unum tamen omnes debeant.

Aph. 103. Stipulari possunt tam *liberi homines* qvam *Servi.*

104. Servi ex persona domini Jus stipulandi habent.

105. Est autem *Servus* vel *domini viventis*, vel *defuncti* seu hereditatis, vel *communis* duorum pluriumve Dominorum.

Tit. XIX. De Divis. Stipul. pr. 106. Dividuntur I. Stipulationes in *Judiciales*, *Pratorias*, *Conventionales* & *Communes*.

§. 1. 107. *Judiciales* sunt duntaxat, qvæ à mero judicis officio proficiscuntur.

§. 2. 108. *Pratoria*, qvæ à mero Prætoris officio proficiscuntur.

§. 3 109. *Conventionales*, qvæ ex Conventione utriusq; partis concipiuntur.

§. 4. 110. *Communes*, qvæ modo Prætoris, modo Judicis jussu & officio interponuntur.

Tit. XX. De Inutil. Stipul. 111. Tantum de Stipulatione *Utili* seqvitur *Inutilis*.

112. *Inutilis* contingit vel ratione *causæ efficientis*, vel *materiæ*, vel *formæ*, vel *adjuncti*.

§. 1. §. 2. 113. Ratione *materiæ* si res non sit in commercio vel *naturâ* ut

Stichus

Stichus qui jam mortuus est, aut hippocentaurus. Vel *lege*, ut: res Sacræ, religiosæ, sanctæ, it. liber homo; qvo etiam pertinet, si qvis rem propriam vel alium daturum, facturumve qvid promiserit. §. 3.

114. Ratione *Causæ Efficientis* si qvis non sibi sed alteri stipuletur, si pater à filio, aut dominus à Servo vel contra stipulatus, aut contrahens mutus, surdus, furiosus, pupillus fuerit. §. 4. §§. 6. 7. 8. 9.

115. Ratione *formæ* si qvis stipulanti congruè non respondeat. §. 4.

116. Ratione *Adjuncti* si impossibilis conditio adjecta, aut inter absentes celebrata. §. 10.

117. Stipulationes II. dividuntur in *principales* qvæ per se subsistunt, & propter nostram causam suscipiuntur; & *accessorias* qvæ alienæ obligationi accedunt. Qvalis est *Fidejussio*.

TIT. XXI. DE FIDEJUSSORIBUS.

118. *Fidejussio* est stipulatio accessoria, ubi interrogatus à Creditore stipulante alienam obligationem fide sua esse jubet.

119. *Objectum* sunt Obligationes tam naturales qvam Civiles seu re, seu verbis, seu literis, seu consensu contractæ fuerint.

APH. 120. *Forma* consistit in ipsa intercessione, qvæ seu principalem obligationem præcedat, seu eam seqvatur, nihil interest.

§. 4. 121. Cæterum tria fidejussoribus indulta sunt Beneficia, *Ordinis seu Excussionis*, *Divisionis*, *Cedendarum Actionum*.

§. 6. 122. Hinc descendit vel *Actio ex Stipulatu*, qva Creditores à fidejussoribus petunt, qvod in Stipulationem deductum est. Vel *Actio mandati*, si qvid fidejussor pro reo solvit.

TIT. XXII. DE LITERAR. OBLIGAT.

123. Seqvitur Contractus qvi *literis* constat. Scilicet *Obligatio literarum*.

124. *Literarum obligatio* est contractus literalis, civilis, stricti juris, qvo qvis ex chirographo, in qvo confessus est, se pecuniam à Creditore accepisse, qvam tamen non accepit, obligatur.

125. Nascitur inde *Condictio ex Literis*, qvæ est actio Civilis, rei persecutoria, qvæ datur Creditori adversus debitorem ad præstandum id, qvod Chirographo continetur.

APH.

Tit. XXIII. De oblig. ex consensu.

Aph. 126. Restant Contractus *Consensuales*;

127. Sunt autem *Consensuales* contractus, qvi ex solo constant consensu.

128. Species habentur seqventes: *Emtio Venditio, Locatio, Conductio, Emphytheusis, Societas, Mandatum.*

Tit. XXIV. De Empt. & Vend. §. 1.

129 *Emtio, Venditio* est contractus Consensu initus, de re pro datione certi pretii emtori tradendi.

130. Hinc duplex Actio, *Emti* & *Venditi.*

131. *Actio Emti* est actio civilis, bonæ fidei, rei persecutoria, emtori contra venditorem ad rei venditæ traditionem Competens.

132. *Actio Venditi* est qvæ venditori adversus emtorem ad pretii numerationem datur.

Tit. XXV. De Locat. Conduct.

133 *Locatio, Conductio* est contract9 consensu initus, qvo usus rei vel factum personæ pro certa mercede conceditur.

134. Parit actionem *Locati* & *Conducti.*

135. Actio *Locati* est actio bonæ fidei, rei persecutoria civilis, qva

locator adversus Conductorem, ut mercedem solvat, rem finito usu restituat, & damna ipsius culpa data resarciat, experitur.

APH. 136. Actio *Conducti* est, qva Conductor adversus locatorem, ut præstet usum rei, agit.

137. *Emphyteusis* est contractus Consensualis, qvo prædium aliqvod alteri utendum fruendũ conceditur sub lege meliorationis & certa præstatione annua.

138. Unde competit actio *Emphyteuticaria*, utrinq; directa.

139. Actio *Emphyteuticaria* est actio Civilis, bonæ fidei, rei persecutoria, qva alter adversꝰ alterum agit ad id, qvod vel ex naturâ Contractus, vel ex pacto Contrahentium præstandum est.

TIT. XXVI. DE SOCIET. pr.

140. *Societas* est Contractus Consensualis de rebus inter aliqvos mutuo communicandis, lucri qvæstusq; gratia.

141. Producit actionem *pro Socio*, ab utraq; parte directa.

142. Actio *pro Socio* est actio Civilis, bonæ fidei, rei persecutoria, qvæ datur inter socios ad rerum

rerum Communicationem & ad præstationes personales.

143. Finitur Societas. | §. 4.

1. *Renunciatione.* | § 5.

2. *Morte.* | §. 6.

3. *Fine negotii.* | §. 7.

4. *Publicatione.* | §. 8.

5. *Cessione bonorum.*

144. *Mandatum* est Contractus consensualis de negotio aliqvo gratis expediendo. | TIT. XXVII. DE MANDATO.

145. Ex qvo descendit Actio *mandati directa* & *contraria.*

146. Actio *mandati directa* est actio Civilis, rei persecutoria, bonæ fidei, qvæ mandanti adversus mandatarium, ut exeqvatur mandatum competit.

147. Actio *mandati contraria* mandatario adversus mandantem, ad conseqvendum id, qvod ei ex causa mandati abest, datur.

148. Solvitur mandatum. | § 9.

1. *Revocatione mandantis.* | 10.

2. *Morte utriusq;.* | 11.

3. *Renunciatione Mandatarii.* | TIT. XXVIII. DE OBLIG. QVAE QV.

149. Post genera *verorum Contractuum* enumerata subjiciuntur *qvasi contractus.*

APIL. 156. *Tutela administratio* est, qvo inter tutorem & pupillum ob gestam administrationem mutua nascitur obligatio. §. 2.

157. Parit actionem tutelæ *Directam* & *Contrariam*.

158. *Actio tutelæ directa* est, qvæ finitâ pupillo adversus tutorem datur ut administrationis rationem reddat, reliqva restituat, & damna, qvæ culpa ejus contigerunt, resarciat.

159. *Actio tutelæ contraria* est, qvæ competit tutori contra pupillum ad conseqvendum id, qvod ipsi tutelæ occasione abest, vel absuturum est. §. 3.

160. *Communio rerum* est, qvâ duo pluresve sine consensu in societatem alicujus rei incidentes sibi invicem obligantur.

161. Ex qvâ actio *Communi Dividundo*.

162. Actio *Communi Dividundo* est, qvâ socii agunt ad rei communis particularis divi-

divisionem, & ad præstandas præstationes personales.

§. 4. APH. 163. *Hereditatis communio* est, qvâ duo pluresve ad hereditatem testamento, lege, vel Edicto Prætoris vocati sibi invicem obligantur.

164. Unde actio *familiæ erciscundæ*.

165. Actio *familiæ erciscundæ* est, qvæ competit coheredibus ad divisionem rerum hereditariarum & præstationes personales.

§. 5. 166. *Hereditatis aditio* est, qvo heres adeundo hereditatem obligatur legatariis ac fidei Commissariis ad legata & fideiCommissa præstanda.

167. Hinc actio *ex testamento*.

168. *Actio ex testamento* est, qvæ datur legatariis & Fidei commissariis adversus heredem ad conseqvendam possessionem rerum legatarum aut fideicommisso relictarum.

§. 6. 169. *Solutio indebiti* est, qvo qvis accipiendo indebitè ex errore solutum ad reddendum obligatur.

APH. 170. Producit *Indebiti Condictionem*.

171. *Condictio Indebiti* est, qvâ qvis repetit, qvod alteri indebitè per errorem solvit.

172. Adjiciuntur obligationibus ex contractu *persona*, qvibus illæ acqviruntur, qvod ex iis qvæ supra de personis dominium acqvirentibus, dictum, explicandum.

TIT. XXIX. PER QVAS PERS. NOB. OBLIG. ACQVIR.

173. Hæc de *modis* obligationes *constituendi*, seqvitur qvomodo *tollendæ*.

174. *Tollitur* autem obligatio vel *ipso Jure*, vel *ope Exceptionis*. De *posteriori* hoc modo infra in Tit. de Except. De *priori* in hoc titulo agitur.

TIT. XXX. QVIBUS. MOD. TOLL. OBLIGAT.

175. *Ipso Jure* itaq; tollitur:
1. *Solutione*;
2. *Acceptilatione*
3. *Novatione*
4. *Contrario consensu*.

176. *Solutio* est rei debitæ naturalis præstatio. pr.

177. *Acceptilatio* est imaginaria solutio, vel, est liberatio per mutuam interrogationem, qvâ utriusq; contingit ab eodem nexu liberatio. §. 1.

APH.

§. 2. APH. 178. Dividitur in *simplicē* & *qvalificatam*.

179. *Illa* verborum obligationes solùm perficiuntur.

180. *Hæc* autem ad alias obligationes prius in stipulationem transfusas pertinet.

3. 181. *Novatio* est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem vel naturalem transfusio atqve translatio.

182. Estqve vel *novatio* in specie sic dicta vel *Delegatio*.

183. Novatio in specie sic dicta est, qva manente eadem personâ status obligationis saltem mutatur.

184. *Delegatio* est, qvâ manente eodem statu obligationis alius in locum prioris debitoris substituitur.

185. *Contrarius consensus* est, qvo ab utraqvè parte interveniente contractus nudo consensu constantes tolluntur.

TIT. I. DE OBLIG. QVAE EX DEL. NASC.

LIB. IV.

APH. 1. Cum sit expositum superiore libro de *Obligationibus ex con-*

contractu & *qvasi ex contractu.* Seqvitur ut de *Obligationibus ex delicto* & *qvasi ex delicto* dispiciamus.

APH. 2. *Delictum* est factum turpe, qvo civilis societas læditur.

3. Estqve vel *publicum* vel *privatum*.

4. *Illud* qvo Respublica, *hoc* qvo privatorum res directò læduntur.

5. *Privatum* est vel *verum*, qvo dolo vel *qvasi* qvo culpâ delinqvitur.

6. Species *privati delicti* sunt:
1. *Furtum.*
2. *Rapina.*
3. *Damnum.*
4. *Injuria.*

7. *Furtum* est contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve, qvod lege naturali prohibitum est admittere. §. 1.

8. Dividitur I. in *manifestum* & *nec manifestum*. 3.

9. II. *In conceptum, oblatum, prohibitum* & *non exhibitum.* 4.

10. *Pœna furti manifesti* qvadrupli est, *nec manifesti*, dupli. 5.

§.fin. APH.11. Ex hoc delicto *triplex* nascitur *actio, Actio furti, condictio furtiva* & *Rei vindicatio*.

12. *De Rei vindicatione* infra.

13. *Actio furti* est actio Civilis & Prætoria, personalis, pœnalis, de pœnâ à fure præstandâ competens.

14. *Condictio furtiva* est actio Civilis, personalis, rei persecutoria, qva rem furto ablatam à fure ejusqve herede repetimus.

TIT. II. DE VI BONORUM RAPTORUM. pr.

15. *Rapina* est contrectatio fraudulosa & violenta rei alienæ mobilis lucri faciendi causâ facta.

16. *Pœna* est triplum.

17. Unde *actio vi bonorum raptorum*.

18. *Actio vi bonorum raptorum* est, actio Prætoria personalis, pœnalis mixta, de qvadruplo rei vi ereptæ à raptore præstando competens.

TIT. III. DE LEGE AQVILIA. pr.

19. *Damnum* est delictum privatum qvo dolo vel culpa res alicujus læduntur.

20. De qvo cavetur *Lege Aqvilia*, cujus *tria* erant *Capita*.

21. *Primo* cautum est, ut si qvis alie-

lienum hominem alienamve qvadrupedem, qvæ pecudum numero ſit, injuria occiderit, qvanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur.

APH 22. *Caput ſecundū* L. Aqviliæ in uſu non eſt. §. 12.

23. *Capite tertio* de omni cætero damno cavetur. 14.

24. Hinc deſcendit *actio Legis Aqviliæ.*

25. *Actio Legis Aqviliæ* eſt actio perſonalis, Civilis, pœnalis, de damno à damnificante reſarciendo competens.

26. Eſtqve vel *directa*, vel *utilis* vel *in factum ſubſidiaria.* §. fin.

27. *Directa* eſt, qvæ ex ipſis L. Aqvil. verbis competit contra eum, qvi corpore ſuo damnum dedit.

28. *Actio utilis* eſt qvæ non ex verbis, ſed ex mente tantum legis & interpretatione qvadam datur contra eum, qvi non qvidem corpore damnum dedit, ſed tamen corpus læſit.

29. Actio L. Aqv. *in factū ſubſidiaria* eſt, qvam Prætor deficientibus

bus cæteris, cum neqve corpore damnum datum, neqve Corpus læsum est, sed alio modo damnum contigit, introduxit.

TIT. IV. DE INJURIA. APH. 30. *Injuria* est delictũ privatum dolo in alterius contumeliam admissum.

§. 1. 31. Estq; vel *realis* vel *verbalis*.

32. *Realis* facto qvodam interveniente committitur.

33. *Verbalis* fit vel *verbis, lingvâ, nuncupatis* vel in *scripturam redactis*.

34. *Verbis in scripturam redactis* injuria fit aut *contumelia* saltem causa & simpliciter *injuria scripta* aut insuper *ad alterius infamiam* & in specie *famosus libellus* appellatur.

10. 35. *Oritur* ex hoc delicto *Actio Injuriarum* qvæ est actio personalis, de injuria illatâ vindicanda competens.

§. fin. 36 Tollitur hæc actio *Dissimulatione*.

TIT. V. DE OBLIGAT. QVAE EX QS. DELICTO NASC. 37. Sic fuerunt *Obligationes ex veris*, seqvuntur ex *qvasi delictis* descendentes.

38. *Qs. delictum* est, qvo facto per se licito, sed male applicato qvis per conseqventiam læditur.

39. Spe-

APH. 39. Species ab Imperatore huc relatæ sunt:
1. *Imperitia malè judicantis.* pr.
2. *Dejectio* vel *effusio ex cœnaculo facta.* §. 1.
3. *Positio* vel *Suspensio ejus, qvod si ceciderit, nocere potest.*
4. *Damnum in navi caupona vel stabulo datum.* §. fin.
40. Ex qvibus omnibus una *actio in factum* competit.
41. Superest, ut de *ACTIONIBUS* loqvamur. TIT. VI. DE ACTIONIBUS.
42. *ACTIO* autem nihil aliud est, qvam Jus perseqvendi in Judicio qvod sibi debetur. pr.
43. Dividitur variè, & qvidem I. *à causa efficiente proxima in Realem & Personalem.*
44. *Actio personalis* est, qvâ cum eo agimus, qvi obligatus est nobis ad faciendū aliqvid vel dandum & semper adversus eundem locum habet.
45. *Actio Realis* est, per qvam rem nostram qvæ ab alio possidetur petimus & semper adversus eum est, qvi rem possidet.

Aoh. 46. Estq; vel *rerum corporaliũ* ut *rei Vindicatio*; vel *rerum incorporalium*, ut actio *confessoria* & *negatoria*.

47. *Rei Vindicatio* est actio civilis, realis, rei persecutoria, arbitraria, qva qvis petit se dominum rei controversæ declarari, & eam officio Judicis à possessore sibi restitui.

48. *Actio confessoria* est actio civilis, realis, rei persecutoria, arbitraria, qvâ qvis asserit sibi servitutem in alieno Competere.

49. *Actio negatoria* est actio civilis, realis, rei persecutoria, arbitraria, qvâ Servitutẽ â re nostra alteri deberi negamus.

§. 3. 2. 50. Dividitur actio â *causa efficiente remota* in *Civilem* & *Pratoriam*.

51. *Actio Civilis* est, qvæ ex Jure Civili descendit, ut *Rei Vindicatio*, *confessoria* & *negatoria* de qvibus antea.

52. *Pratoria*, qvâ Prætor sua Jurisdictione comparatam habet.

53. Estq; rursus vel *Realis* vel *Personalis*.

54. *Actio Pratoria realis* continet:

1. *Acti-*

1. *Actionem Publicianam.*
2. *Rescisoriam,*
3. *Paulianam.*
4. *Servianam.*
5. *Qvasi Servianam.*

APH. 55. *Publiciana* est actio Prætoria realis, rei persecutoria, arbitraria, qva rem ex justâ causa, bonâ fide â non domino acceptam & nondum usucaptam, ab ejus possessore petimus. §. 4.

56. *Rescissoria* est actio realis, Prætoria rei persecutoria, arbitraria, ad rem verè usucaptam, tanqvam non usucaptam â possessore avocandam competens.

57. *Pauliana* est actio realis, Prætoria, rei persecutoria, arbitraria, pro rebus â debitore in fraudem Creditorum alienatis revocandis competens. §. 6.

58. *Serviana* est actio Prætoria, realis, rei persecutoria, arbitraria, qva experitur qvis de rebus Coloni, qvæ pignoris jure pro mercedibus fundi ei tenetur. §. 7.

59. *Qvasi Serviana* est, qva Creditores pignora hypothecasve persequuntur.

60. *Actio prætoria personalis*, vel §. 8.

Rei-

Rei persecutoria est vel *pœnalis*.

Abh. 61. *Actio Prætoria personalis rei persecutoria* comprehendit:

1. *Actionem* de *constitutâ pecuniâ*.
2. de *peculio*,
3. *in factum* ex *Jurejurando*.

§. 9. 62. *Actio de constituta pecunia* est actio Prætoria, personalis, rei persecutoria, qvâ convenitur is, qvi debitum vel suum vel alienũ, citra stipulationem solvere promittit.

§. 10. 63. *Actio de peculio* infra suo loco exhibebitur in aphor.

§. 11. 64. *Actio in factum ex Jurejurando* est actio Prætoria, personalis, rei persecutoria, qvâ qvis rem, qvam sibi deberi vel suam esse juravit, sibi adjudicari petit.

§. 12. 65. *Actio Prætoria personalis pœnalis* continet:

1. *Actionem* de *albo corrupto*,
2. de *in jus vocando*
3. de *vi exemto*.

66. *Actio de albo corrupto* est actio Prætoria, personalis, pœnalis qvæ com-

competit adversus eum qvi aliqvid ex albo Prætoris corrupit ad pœnam 50, vel ut alii volunt 500. aureorum.

APH. 67. *Actio de in jus vocando* est actio Prætoria personalis, pœnalis, qvæ datur adversus eos qvi parentes patronosve sine venia in jus nocant, ad pœnam 50 aureorum.

68. *Actio de vi exeto* est actio Prætoria personalis, pœnalis, qvâ is, qvi in jus vocatum vi exemit dolo malo, vel ut eximatur auctor est, ad id qvod interest, tenetur. §. 13.

69. Actionibus realibus veris expositis, subjiciuntur qvædam, qvodammodo anomalæ, qvales sunt *Præjudiciales*.

70. Sunt aut *actiones præjudiciales*, qvibus de jure personarum agitur.

71. Earum *tria* sunt *genera* pro hominis triplici statu.

72. *Primum est de libertate*, an qvis sit servus an liber. *Secundum* de *ingenuitate*, an qvis sit libertus vel inge-

ingenuus, *Tertium* de *partu agnoscendo*, qvâ qværitur, an qvis sit filius vel non.

§. 14. Aph. 73. Appellamus autem in rem qvidem actiones *Vindicationes*, in personam vero actiones qvibus dare aut facere oportere intenditur *Condictiones*.

§. 15. 74. 3. *Actio ab Objecto* dividitur vel respectu *qvalitatis* vel respectu *qvantitatis*.

75. Respectu *qvalitatis* quod nempe aliæ actiones sint *rei persecutoriæ*, aliæ *pœnales*, aliæ *mixtæ*.

§. 17. 76. *Rei persecutoriæ* sunt, quibus persequimur quod ex patrimonio nobis abest, quales sunt omnes reales, & ferè omnes ex contractibus descendentes.

§. 18. 77. *Pœnales* quibus perseqvimur id, quod nobis ex patrimonio non abest, ut actio furti.

§. 19. 78. *Mixtæ*, qvibus partim rem, partim pœnam perseqvimur, ut actio vi bonorum raptorum, actio L. Aqviliæ, vel ex testamento pro lega-

gato ad pias causas relicto in casu moræ vel inficiationis.

APH. 79. *Mixtam causam* habere videntur: §. 20.

1. Actio *familiæ erciscundæ*.

2. *Communi dividundo*. de qvibus supr.

3. *finium regundorum*, qva in eos agitur, qvi confines agros habent.

80. Respectu *Qvantitatis* aliæ actiones sunt in *Simplum*, aliæ in *duplum*, aliæ in *triplum*, aliæ in *qvadruplum*. §. 21.

81. In *Simplum*, veluti: ex stipulatione, ex mutui datione, ex emto vendito, locato conducto, mandato &c. de qvibus in antecedentibus. §. 22.

82. *In duplum*, veluti: Actio furti nec manifesti Damni injuriæ ex L. Aqv. ex testamento ratione legati piis locis relicti; de his supra suo loco, & Actio Servi corrupti.

83. *Actio Servi Corrupti* est, qvâ agitur adversus eum, qvi servum vel ancillā alterius dolo malo persvadendo cor-

do corrupit, ut deterior fieret.

§. 24. APH. 84. *In triplum*, ut *condictio ex lege*, qvæ datur reo convento adversus actorem, qvi libello suo majorem verâ æstimatione qvantitatem inserunt, ut ex hac causa viatores ampliorem summam sportularum nomine exigerent.

§. 25. 85. *In qvadruplum* ut *actio furti manifesti* de qva supra; *Actio qvod metus causa*. *Actio in factum de Calumniatoribus*. *Condictio ex lege in executores litium*.

86. *Actio qvod metus Causa* est actio Prætoria in rem scripta, qvæ datur in qvadruplum adversus eum qvi metum intulit, vel lucrum ex alienâ militiâ sensit, vel rem vi extortam possidet.

87. *Actio in factum de Calumniatoribus* est actio Prætoria, mixta, qvæ adversus eum, qvi ab alio, ut alterū in judicio calumniosè vexaret, vel à reo, ne se ita vexaret, pecuniā accepit, in qvadruplum Competit.

88. *Condictio ex lege in executores litium* est actio Civilis in qvadruplum ejus, qvod injustè à litigan-

tigantibꝯ extorserunt, competēs.

Aph. 89. 4. *Actio* ab *Adjuncto* dividitur *in actionem bonæ fidei, stricti Juris*, & *arbitrariam*. §. 28.

90. *Bonæ fidei actiones* sunt, in qvibus libera potestas judici Committitur ex æqvo & bono æstimandi, qvid actori præstari debeat.

91. *Bonæ fidei* sunt hæ: *Ex emto, vendito, locato Conducto, negociorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, Commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, Communi dividundo*. De qvibus singulis suis locis. It. *Præscriptis verbis, qvæ de æstimato proponitur*, & *ea, qvæ ex permutatione competit*: & *Hereditatis petitio*. De his adhuc dicendum restat.

92. *Actio præscriptis verbis æstimatoria* est actio Civilis, cui locus est, cùm res æstimata vendenda datur, ut accipiens vel rem ipsam incorruptam vel æstimationē, de qva convenit, reddat.

93. *Actio præscriptis verbis permutatoria* est actio Civilis de rei permutatæ datione competens.

94. *Hereditatis petitio* est actio Civilis realis, qva heres hereditatē ab

ab eo, qvi pro herede vel possessore eam possidet, sibi restitui petit.

§. 29. APH. 95. Inter *bonæ fidei judicia* connumerabatur *Actio rei uxoriæ*, qvæ in actionem ex stipulatu est transfusa, qvâ mulier aut parens ejus solutô matrimoniô dotem repetit.

96. *Stricti juris actiones* sunt, in qvibus Judex conventioni partium ita est adstrictus, ut eam judicando excedere neqveat.

§. 31. 97. *Actiones arbitrariæ* sunt, qvæ ex arbitrio judicis pendent, in qvibus nisi arbitrio Judicis is, cum qvo agitur, actori satisfaciat, debet condemnari.

98. Refert huc Imperator *Actionē Publicianam, Servianam*, *qvod metus causa*, de qvibus antea. Nec non *actionem doli*, *de eo, qvod certo loco*, *ad exhibendū*, de his pauca.

99. *Actio doli* est actio personalis, arbitraria, qvæ datur adversus decipientem dolo malo, in id qvod interest, se deceptum non esse.

100. *Actio de eo, qvod certo loco* est actio personalis, arbitraria, qva

qva id, qvod certo loco stricta actione dari debuit, alio loco peti potest, facta loci ejus commemoratione, qvo peti debuit.

APH. 101. *Actio ad exhibendum* est actio personalis arbitraria, qvâ is cujus interest, petit, ut res exhibeatur, ejusq; videndæ & apprehendendæ copia fiat.

102. 5. Dividuntur *actiones* in *eas*, qvibus *Solidum* & qvibus *minus solido* perseqvimur. §. 36.

103. *Minus solido* conseqvimur in actione de peculio ob beneficium competentiæ, nec non propter oppositam Compensationem & cessionem bonorum. §§. 37. 38. & *seqq.*

TIT. VII. QVOD CUM EO QVI IN ALIENÂ POTESTATE EST NEGOT. GESTUM ESSE DICITUR.

104. *Actiones* vero competunt vel *immediatè* ex *facto nostro*, qvod ex superioribus planum est, vel *mediate ex facto alterius*.

105. *Factum alterius* aut est *hominum*, aut *animantium*.

106. *Hominum facta* sunt *Delicta*.

107. Ex *Contractibus aliorum hominum* veniunt:

Actio qvod jussu
Exercitoria.
Institoria.

Tributoria.
De peculio.
De in rem verso.

§. I. APH. 108. *Actio qvod jussu* est actio Prætoria, personalis, rei persecutoria, qvæ datur in solidum adversus patrem vel dominum ex qvovis contractu filii vel servi, ejus jussu celebrato.

109 *Exercitoria* actio, est actio personalis, Prætoria, rei persecutoria, qvâ ex Contractu à magistro navis secundum modum præpositionis gesto, exercitor navis convenitur.

110. *Actio Institoria* est actio personalis, Prætoria, qvæ datur adversus eum qvi institorem tabernæ aut alii negotiationi præposuit, de eo, qvod cum institore ejus rei gratia contractũ fuit.

111. *Actio tributoria* est actio personalis, Prætoria, rei persecutoria, qvæ datur in dominũ seu patrem, qvo sciente servus vel filiusfamilias in peculiari merce est negotiatus, ut Creditoribus, qvibus nihil vel minus,

minus, qvam oportet de ista peculiari merce tributum, id, qvod singulis pro rata debetur, præstetur.

APH. 112. *Actio de peculio* est actio personalis, Prætoria, rei persecutoria, qvæ ex Contractu servi vel filii competit adversus dominum vel patrem, qvatenus vires peculii patiuntur.

113. *Actio de in rem verso* est actio personalis, Prætoria, rei persecutoria, ex Contractu filii vel servi adversus dominum vel Patrem, qvatenus in rem eorum versum est competens.

114. Prædictæ actiones tum ex *filiorum*, tum ex *Servorum* personis competunt. §. 6.

115. Datur tamen aliqvid *speciale* & *proprium* in *filiisfam.* qvod non, ut servus Dominum, ita is pecuniam accipiendo patrem obligare possit; dum mutuum illud per *Senatusconsultum Macedonianum* inefficax redditur.

116. Prohibuit ergo *SCtum Mace-* §. 7.

donianũ mutuas pecunias dari, qvi in poteſtate parentis ſunt.

APH. 117. Hæc de *actionibus* ex *contractibus aliorum* hominum provenientibus, ſeqvuntur, qvæ ex *aliorum delictis* oriuntur.

118. *Ex delictis aliorum* naſcuntur *actiones noxales*.

TIT. VIII. DE NOXAL. ACTION.

119. *Actiones noxales* ſunt actiones perſonales, adjectitiæ, arbitrariæ, qvæ ex delictis ſervorum privatis dantur adverſus dominos, ut vel ſervum noxæ dedant, vel damni æſtimationem præſtent.

120. Hactenus *factum hominum aliorum*, ſeqvitur *factum animantium*.

TIT. IX. SI QVADRUPES PAUPER. FECISSE DICATUR.

121. *Ex facto animantium*, qvo damnum datum, duplex prodita eſt actio, *Actio de pauperie* & *adilitia*.

122. *Actio de pauperie* eſt actio perſonalis, civilis, rei perſecutoria, qva ob damnum, à qvadrupede contra naturam generis ſponte commiſſo, illatum, convenitur Dominus iſtius animalis, ut aut animal, qvod nocuit, dedat, aut

aut æstimationem noxæ solvat. §. I.

APH. 123. *Actio Ædilitia* est actio Prætoria personalis, qvæ adversus eum, qvi canem, aprum &c. in itinere publico habuit, competit, ut si liber homo ex ea re perierit, CC. solidi, si nocitum sit, qvantum æqvum Judici videbitur, in cœteris rebus vero duplum damni dati præstetur.

TIT. X. DE IIS, PER QVOS AGERE POSSUMUS.

124. Seqvuntur *duo* actionum *adjuncta*, alterum *de personis, per qvas agere possumus*, alterū *de Satisdationib⁹* tractat.

125. *Agere* possumus per *Procuratores* qvi aliena negotia mandato Domini administrant.

TIT. XI. DE SATISDATIONIBUS.

126. *Satisdationes* reqviruntur in judiciis realibus & personalibus à parte actoris & rei eorumqve procuratoribus.

TIT. XII. DE PERPETUIS & TEMPORAL. ACTION.

127. Hæc de actionū *Consentaneis*, subjiciūtur *Dissentanea* seu modi qvibus actiones pereunt & finiuntur.

128. Finiuntur vel *ipso jure* & immediatè, vel *allegatione hominis*.

129. *Ipso Jure* & immediate tolluntur 1. *Tempore*, 2. *morte*.

130. Ratione *temporis* qvædam *a-*

ctiones sunt *temporales* (Prætoriæ) qvæ spatio unius anni, qvædam *perpetua* (Civiles) qvæ spatio 30. annorum finiuntur.

APH. 131. Ratione *mortis* aliæ sunt *transmissibiles* (Rei persecutoriæ), aliæ *nõ transmissibiles* (Pœnales).

132. *Allegatio hominis* vel est *prima*, hinc *Exceptio*, vel *ulterior*; Inde *Replicatio*.

TIT. XIII. DE EXCEPTIONIBUS §§. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

133. *Exceptio* est Jus excludendi id, qvod in intentionem condemnationemve deductum est.

134. Exempla sunt: Exceptio *Metus, doli, in factum, non numeratæ pecuniæ, pacti de non petendo, jurisjurandi, rei judicatæ*.

§. 7. 135. Dividuntur â *causâ Efficiente remota* I. in *Civiles* & *Prætorias*.

136. II. ab *effectu* in *Peremptorias* (perpetuas) & *Dilatorias* (Temporales).

§. 9. 137. *Peremtoriæ* sunt qvæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qva agitur, perimũt. qvalis est; *Exceptio metus, pacti conventi perpetui, doli mali.*

APH. 138.

APH. 138. *Dilatoria*, qvæ ad tempus nocent, seu temporis dilationem tribuunt. §. 10.

139. *Allegatio hominis ulterior* dicitur *Replicatio*, qvæ nihil aliud qvam secunda actoris allegatio ad firmandam actionem suam, adversus exceptionem â reo oppositam. TIT. XIV. DE REPLICATIONIBUS.

140. Contra *Replicationem* datur Reo *Duplicatio*; & rursus contra *Duplicationem* actori *Triplicatio*, & sic deinceps. §§. 1. 2. 3.

141. Sic fuere *actiones ordinariæ*, seqvuntur *Extraordinariæ*, *Interdicta*. TIT. XV. DE INTERDICTIS.

142. *Interdicta jure veteri* erant formæ & conceptiones verborum, qvibus Prætor aut jubebat aliqvid fieri aut fieri prohibebat. *Hodiè* sunt actiones Extraordinariæ, qvæ de possessione vel qvasi maximè competunt. pr.

143. Dividuntur variè. I. â *Formâ*, qvod sint aut
Prohibitoria, aut
Restitutoria aut
Exhibitoria.

APH. 144. *Prohibitoria* sunt, qvibus Prætor vetat aliqvid fieri, ut:
Interdictum uti possidetis, de mortuo inferendo. ne qvid in loco sacro. ne qvid in loco publico.

145. *Restitutoria* sunt, qvibus restitui aliqvid jubet, veluti: *Interdictum qvorum bonorum*, & *Unde vi.*

146. *Exhibitoria* sunt, per qvæ jubet exhiberi, ut:
Interdictum de libero homine exhibendo. de liberto exhibendo. de liberis exhibendis.

§. 2. 147. Dividuntur II. â *fine*, qvod qvædam *adipiscenda*, qvædam *retinenda*, qvædam *recuperanda* possessionis gratia sint comparatæ.

§. 3. 148. *Interdicta adipiscendæ* sunt, qvibus possessionem earum rerū, qvam nunqvam habuimus, primū adipisci conamur.

149. Exempl. *Interdictū Bonorū* & *Salvianum.*

§. 4. 150. *Retinendæ* possessionis gratia ea interdicta comparata dicuntur, per qvæ eam possessionem, qvam

qvam jam habemus, retinere volumus.

APH. 151. Exempl. *Interdictum Uti possidetis* & *Utrubi.* §. 6.

152. *Interdicta recuperanda* sunt, qvibus possessionem earum rerum, qvam amisimus, recuperare volumus.

153. Ex. *Interdictum Unde Vi.*

154. III. à *Subjecto* dispescuntur in *Simplicia* & *Duplicia*, 7.

155. *Simplicia* sunt, in qvibus alter actor, alter reus est.

156. *Duplicia* vocantur, in qvibus par utriusqve litigatoris conditio est, nec qvisqvam præcipuè reus vel actor intelligitur, sed unusqvisqvè tam rei, qvam actoris partes sustinet.

TIT. XVI. DE POENA TEMERE LITIG.

157. Cognita *actionum natura*, videndum deniq; de *personis*, qvæ actiones in judicio exercent.

158. *Persona* Judicii *principales* sunt: *Actor*, *Reus* & *Judex*.

159. *Actori* & *Reo* cavendum hoc omnino est, *ne temerè ad litigandum* prosiliant.

160. Aliàs *litigatores temerarii* coercentur:

§. §. 1. 2. 3.

1. *Juramento Calumniæ*,
2. *Pœna pecuniariâ*, &
3. *Infamiâ*.

TIT. XVII DE OFF. JUDICIS. pr.

APH. 161. *Judex* est qvi sententia sua controversiis finem imponit.

162. Sed illud inprimis observare debet *judex*, ne aliter judicet, qvam legibus aut constitutionibus vel moribus proditũ est.

TIT. XVIII. DE PUBLICIS JUDICIIS. §. 1.

163. Tandem Imperator auctarii vice particulam aliqvam decerptam ex Jure publico *leges* videlicet *publicorum judiciorum* adjunxit.

164. *Publica judicia* sunt qvæ lege aliqvâ publicorum judiciorum de Crimine notabili introducta sunt, data cuivis ex populo, præcipuè tamen ei, cujus interest, potestate, Crimen illud per solennem accusationem persеqvendi.

§ 2.

165. Suntq; vel *Capitalia* vel *Non capitalia*.

166. [*Capitalia* sunt qvorum pœna est *mors*, vel *naturalis*, qvæ animæ amissionem affert, vel *civilis*, qvæ libertatem aut Civitatem adimit.

167. *Non capitalia* sunt, ex qvibus præter infamiam pecuniaria pœna

pœna aut aliqva in corpus coercitio eſt.

APH. 168. *Crimina*, qvæ Judiciis hisce publicis vindicantur, *duodecim* hic ab Imperat. enumerantur.

169. *Primum* & atrociſſimum eſt *Læſa Majeſtatis*, qvod adverſus populum Romanum vel adverſus ſecuritatẽ ejus committitur. §. 3.

170. Idq; vel *Perduellionis*, qvando qvis hoſtili animo adverſus Remp. & principem qvid molitus eſt, vel *Majeſtatis in ſpecie*, qvando alio, qvam Perduellionis animo in Imperatorem populumve Rom. qvid machinatur.

171. *Pœna* eſt animæ amiſſio & cum omnium bonorum publicatione memoria Rei poſt mortem damnatur.

172. *Secundum* eſt ex L. Julia de *Adulteriis*, qvæ omnem illicitum coitum coercet.

173. Species ejus freqventiores ſunt: *Adulterium* & *Stuprum*.

174. *Adulterium* eſt thori Conjugalis violatio. 4.

174. Cujus *pœna* eſt gladius.

176. *Stu-*

APH. 176. *Stuprum* est qvod in virginē vel viduam honestè viventem committitur.

177. *Puniuntur* Stupratores, si honesti sunt, publicatione partis dimidiæ bonorum; sin humiles, corporis coercitione & relegatione.

178. *Tertium* est ex *L. Corn. de Sicariis*, qvæ *Homicidium, Veneficium & Incendiū* punit.

§. 5. 179. *Homicidii* Rei censenrur, non tantum, qvi hominem interfecerunt, sed etiam qvi hominis occidendi causa cum telo ambulārunt & causam mortis præbuerunt.

180. *Pœna* est gladius in humilioribus, in honestioribus vero deportatio in Insulam.

181. *De Veneficio* tenentur, qvi vitiosis artibus veneno, & susurris magicis homines occidunt, qvorum illi *Venefici*, hi *malefici* appellantur.

182. Utrorumqve *pœna* gladius est.

183. *Incendium* intelligitur, qvod dolo, non culpa commissum, qvod igne coercetur.

6. 184. *Qvartum* est ex L. Pompeia de *Parricidiis*, qvod est propriè

cædes

cædes nefaria, qvalitercunqve contra pietatem & Jus sangvinis in certas personas, consangvinitate vel affinitate junctas, perpetrata.

APH. 185. *Pœna* est, ut parricida, insutus culeo cum cane, gallo gallinaceo, viperâ, & simiâ, atqve inter eas ferales angustias comprehensus, vel in vicinum mare, vel in amnem projiciatur, ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei Cœlum superstiti & terra mortuo auferatur. Scil. qvando inter parentes & liberos præsens crimen committitur. Cæterum si qvis alias cognatione vel adfinitate personas conjunctas necaverit, pœnam L. Corn. de Sicariis sustinebit.

186. *Qvintum* est ex L. Corn. de *falsis* qvâ coercetur omne falsum commissum, qvod est fraudulosa veritatis immutatio. §. 7.

187. *Pœna* est Deportatio & bonorum publicatio in liberis: in servis verò ultimum supplicium.

188. *Sextum* est ex L. Julia de *Vi publica* & *privata*. *Publica* fit armis 8.

armis, qva publica tranqvillitas; *priVata*, sine armis, qva privata securitas potius violatur.

APH. 189 *Vis publica* deportatione, *priVata*, publicatione tertiæ partis bonorum punitur. Nisi *stuprum* vel *raptus* concurrat, qvibus pœna capitalis constituta est.

9. 190. *Septimum* est ex L. Julia *Peculatus* & definitur furtum publicæ aut sacræ pecuniæ non ab eo factum, cujus periculo ea fuit.

191. *Pœna* est in ipsis Judicibns & ministerium præbentibus capitalis animadversio & bonorum publicatio, in cæteris deportatio.

192. *OctaVum* est ex L. Fabia de *Plagiariis*. Est autem *Plagium* liberi hominis aut servi alieni suppressio.

193. *Pœna* interdum est mors, interdum mitior.

194. *Nonum* est ex L. Julia de *Ambitu*, in qvam incidit, qvi magistratum vel aliud munus publicum in provincia vel urbe corruptis pretio suffragiis mercatur.

APH. 195. *Pœna* est ex SCto C. aureorum.

196. *Decimum* est L. Julia *Repetundarũ* adversus omnes eos, qvi in officio publico constituti pecuniam acceperunt, ut aliqvid magis aut minus ex officio suo facerent.

197. *Pœna* est exilium vel etiam durior pro admissi qvalitate.

198. *Undecimum* est ex L. Julia de *annona*, qvâ flagellatores annonæ aut qvi Societatem coierunt, ut annona carior fieret, conveniuntur.

199. Continet *pœnam* arbitrariam.

200. *Duodecimum* est ex L. Julia de *residuis*, qvod est pecuniæ publicæ retentio, qvæ apud aliqvem ex administratione residet, in tabb. publ. non relata.

201. *Pœna* est ut convictus, tertia parte amplius qvam retinuit, Reipublicæ præstet.

S. D. G.

GEOR-



GEORGII BRUCKSUILBERGII

MEMORIALE JURIDICUM.

TITULI INSTITUTIONUM.

LIB. I.

De

Le-

Lib II.

De

Qvi-

Lib. III.

De

Duo-

Lib. IV.

De

Per-

MEMORIALE JURIDICUM.

Pandectarum, seu Digestorum.

PANDECTARUM nomen Græcum à πᾶν totum, & δέχομαι; DIGESTORUM Latinum est. Illud à materia, qvod disputationes veterum JC. qvæ qvidem usum in præsentiarum habeant, hic liber contineat omnes, *l. 2. §. qvod cælesti. C. de vet. jure enuclean.* Hoc à forma, & digestione, qvod in iis omne jus antiqvum digestum sit.

Vulgò dividitur opus hoc Digestorum seu Pandectarum in partes tres, Digestum *Vetus*, *Infortiatum* & *Novum*. Qvæ qvidem distinctio, qvamvis neqve à Ju-

à Justiniano Imp. profecta, neqve admodum apta aut concinna sit, commodioris tamen usus gratiâ recipi potest. Nominum ratio, maximè *Infortiati* incerta est, ne dicam barbara & solœca.

Aliàs duplex divisio est: alia Inartificialis, in qvinqvaginta libros æqvaliter distributa: alia Artificialis, in partes septem, ad numerorum naturam & harmoniam, non perperam, respectu habito. Numerus namqve Septenarius, secundum Macrobium, perfectioni dicatus. Ad memoriæ subsidium, qvid singulæ Partes contineant, & qvot libris constent, hi versus docebunt.

Qvinqvaginta libros Pandectis Justinianus,
Septenasqve dedit Partes. Pars prima qvaternis
πρῶτα *libris claudit: septem altera continet in rem*
Judicia: octonis dat credita tertia: qvarta
Pignoribus dotes, connubia, tutelasqve

Jungit, & his libros totidem implet: quinta novenis
Testamenta aperit: sextam possessio ducit,
Octonisque libris: senos pars ultima volvit,
Instituens stipulatores, & crimina tractans.

PARS I.

In libros divisa est qvatuor, qvi Græcè τὰ πρῶτα appellantur, id est, primaria qvædam, & velut, principia. Qvia prout hi libri nihil ante se habent, ita seqventibus intelligendis, tanqvam sua principia conclusionibus, sunt necessarii.

METHODUS,

IN LIBRUM PRIMUM.

PRimis qvatuor Titulis copiosissimè divina juris principia; tribus proximis, hominum status, tam absolutus qvam respectivus; unico autem, qvi est Titulus VIII. rerum exordia, tanqvam dicen-

dicendorum bases, continuò sunt tradita. Finalibus, post privatarum personarum statum & œconomicam potestatem, mutabiles Magistratus & politica potestas (primus personarum progressus) ordinatur. Omnes, ad juvandam memoriam, subjectis continentur versibus:

1 2 3
Jus *&* origo *patent*, Leges *qvoqve parte priori.*
4 5 6 7
Constituit, status, *ac* alienus adoptat
8
& *est* res.
9 10 11
Datqve Senatores, Consul, Prætorius
12
urbis.
13 14 15
Sunt Qvæstor, Prætor, Vigilum præfectus *habendi.*
16
Officium *pariter* Proconsulis *utile noscas.*
17 18 19
Vult his Augusti Præses, vel Cæsaris *addi.*
20 21 22
Censor Alexandri; jus mandat, *&* adsidet *inde.*

Titulus 1. est De Justitia & Jure.
2. De origine Juris, &c.
3. De legibus, &c.
4. De constitutionibus Principum.
5. De statu hominum.
6. De his, qvi sui, vel alieni juris sunt.
7. De adoptionibus, &c.
8. De divisione rerum, & qvalitate.
9. De Senatoribus.
10. De officio Consulis.
11. De officio Præfecti prætorio.
12. De officio Præfecti urbi.
13. De officio Qvæstoris.
14. De officio Prætorum.
15. De officio Præfecti vigilum.
16. De officio Proconsulis, &c.
17. De officio Præfecti Augustalis.
18. De officio Præsidis.
19. De officio Procuratoris Cæsaris, &c.
20. De officio Juridici.
21. De officio ejus, cui mandata est jurisdictio.
22. De officio adsessorum.

In Lib. II.

Expositis libro superiore generibus omnibus & officiis magistratuum, instituitur tractatus de eorum jurisdictione, & ad eam pertinentibus libri hujus tribus prioribus Titulis. Nimirum

De

De Jurisdictione, & ejus præparatione, tum circa judicem, tum circa litigantes, qvo pacto ſcilicet judicia apud magiſtratum inſtituantur per in jus vocationem, editionemqve actionis. Qvandoqve verò reus cum adverſario ſuo, etiam viſo libello, paciſcitur, vel tranſigit, hinc duo poſtremi ſubjecti Tituli Rubricæ ejusmodi.

1 2
Eſt jurisdictio *jus* ſtatuens, *Parte ſecunda.*

3 4 5
Si qvis, dicens *jus*, vocat in jus, non ierit, *tunc*

6
Juſſit lex, ut eant, qvi ſunt in jure vocati.

7 8
Eximat hos nemo; qvos *leges* ſat dare cogunt.

9 10 11
Si noxalis agat, per qvem ſit cautio ſiſti.

12 13 14 15
Re[illegible] do, pactum, *ſi* tranſigat *ullus.*

Titulus. 1. De jurisdictione
2. Qvod qvisqve juris in alium ſtatuerit, &c.
3. Si qvis jus dicenti non obtemperaverit.
4. De in jus vocando.
5. Si qvis in jus vocatus non ierit, &c.
6. In Jus vocati ut eant, &c.

7. Ne qvis eum, qvi in jus vocabitur, vi eximat.
8. Qvi satisdare cogantur, &c.
9. Si ex noxali causa agatur, &c.
10. De eo, per qvem actum erit, &c.
11. Si qvi cautionibus in judicio sistendi causa, &c.
12. De feriis, &c.
13. De edendo.
14. De pactis.
15. De transactionibus.

IN LIB. III.

In præcedenti, de Judice, Actore & Reo, in qvibus judicium fundatur, dictum est: hoc de personis accessoriis, qvò earum ope & consilio judicia, & dignius, & commodius exerceantur, *l.* 1. *ff. De postul. l.* 1. § 2. *ff.* De *procurat.* agitur. Elenchus Rubricarum hic est.

1 2 3 4
Postulat, infamat, procurat. no-
na. 5 6
Gesta negotia *sunt his*, *atqve* calumnia *juncta*.

Tit. 1. De postulando.
2. De his, qvi notantur infamia.
3. De procuratoribus, & defensoribus.

4. Qvod

4. Qvod cujusqve universitatis nomine, &c.
5. De negotiis gestis.
6. De calumniatoribus.

In Lib. IV.

post numerum initium, §. vel *Canonis. Exempl. gr.* Qvando in *Distinctionibus* non *Canon*, sed paragraphus *Distinctionis* allegatur, sic ponitur. *Dis.* 2. §. *constat autem*. h. e. in primâ parte *Decreti*, *distinctione* secundâ, in paragrapho ejusdem distinctionis, qvi sic incipit, *constat autem*. Item *dis.* 24. §. *cum itaqve* h. e. in paragrapho vigesimæ qvartæ distinctionis qvi incipit *cum itaqve*. Qvando verò *Canon* allegatur, tunc pro lubitu litera. c. qvæ canonem denotat, potest adjici vel omitti, ut *Dis.* 3. *Privilegia* h. e. in prima parte *Decreti*, in distinctionis tertiæ canone illo, qvi incipit *Privilegia*. Item. *dis.* 36. *illiteratos &c. siqvis vult.* id est, in primæ partis Decreti, distinctione trigesimâ sextâ, in Canonibus ejusdem distinctionis, qvi incipiunt *illiteratos*. & *Si qvis vult*. Vel etiam præponitur numerus distinctioni, ut 28. *dis. c. De Syracusana*. §. *ecce hac, in verb. eligi*. h. e. In primæ partis Decreti vigesimâ octavâ distinctione, in canone, qvi his verbis inchoatur *De Syracusana*, & ejusdem *canonis* paragrapho *ecce hâc*. in verbo *eligi* &c.

CAU-

CAUSÆ ſunt XXXVI.

Hæ ſubdividuntur in Qvæſtiones; *iſtæ in* Paragraphos *& in* Canones; *hi iterum in* §.

Nota.

Cauſa trigeſima tertia habet *Qvæſtiones VI.* qvartum tertia non dividitur immediatè in *Canones* vel *capita*, ſed interponitur ibi Tractatus de *Pœnitentia*, qvi continet in ſe *Diſtinctiones VII.* in qvas ſubdividitur; hæ in & *canones* ſivè *capita* eorundemqve §.

Allegatur in hac parte Decreti ſic:

Per numerum poſitum ante literam q. ſive *qvæſt.* ſemper intelligitur *qvota cauſa*; per literam q. ſive *qvæſt.* oſtenditur *qvæſtio* & per numerum ſeqventem literam q. ſive *qvæſt.* intelligitur *qvota qvæſtionis* illius *cauſæ præmiſſæ*; ultimò ſubjungitur §. vel *canon* ſive cap. & hujus §. *Exempl.* 16. *qvæſt.* 3. §. *qvod autem.* h. e. In cauſæ decimæ ſextæ qvæſtione tertiâ, ejusqve qvæſtionis paragrapho qvi incipit *qvod autem.* Item. 2. *q.* 3. §. *notandum in fin.* h. e. in cauſæ ſecundæ qvæſtione

 tertiâ,

tertiâ, & paragrapho ejusdem qvæſtionis qvi incipit *Notandum in fine.* Qvando autem canon ponitur tum ſic 16. *appellantem*, h. e. in cauſæ ſecundæ qvæſt. 16. in canone *appellantem.* Item, 12. *q.* 2. *c. gloria.* §. *Amico. in Verb. ſacrilegium.* h. e. in cauſæ duodecimæ, qvæſtione ſecundâ in Canone qvi incipit *gloria* & ejusdem Canonis §. qvi incipit *amico.* in verb. *Sacrilegium.* Vel præmittitur Canon ut *ſi clericatus* 16. *q.* 1. & ſic reliqva. Si verò additur *in gl.* tunc locum allegatum in gloſſa illius determinati Canonis exſtare denotat.

In tractatu de Pœnitentia allegatur ſic:

De Pœn. Vel pæ. dis : 1. §. *cum enim* h. e. in tractatu de Pœnitentiâ diſtinctione primâ, in §. ejusdem diſtinctionis qvi incipit *cum enim.* Vel. *De pæ. dis.* 2. *Valida eſt.* h. e. In cauſæ trigeſimæ tertiæ qvæſtione tertiâ, in tractatu de Pœnitentiâ diſtinctione ſecundâ, in Canone vel cap. *Valida eſt.* Si autem qvota capitis additur, non ponitur principium ejusdem, ut *de pæn. dis.* 3. c 3. *&c.*

Hunc allegandi modum *Legiſtæ* non tam ſtrictè obſervant, qvi eodem fere modo hic, qvô in *Jure Civili*, allegare ſolent; ut

ut videre est apud Schneidevvinum & alios complures.

DE CONSECRATIONE.

TRACTATUS habet sub se *V. Distinctiones*; qvarum qvælibet in plures subdividitur §. & *canones* vel *cap.* & hæc interdum iterum in §.

Allegatur ita.

De con. vel *Conf. dis. 2. Seculares.* h. e. in ultimâ parte Decreti; qvæ est de *Consecratione*, in secundæ distinctionis *canone* qvi incipit *Seculares*. Item, *de Conf. dis. 3. c. literis vestris. et. c. venerabiles*, &c.

NOTA.

Qvia in qvalibet parte *Decreti* sunt *Distinctiones*, observanda est *Differentia*. Qvando allegatur *Distinctio* absolutè cum numero sine additione alicujus determinationis; *e. gr. dis.* 1. 2. 3. 4. &c. & mox subjungitur §. vel canon, tunc qværendum in primâ parte *Decreti* ubi sunt *Cl. Distinctiones*. Qvando autem additur de *Pœnitentia* vel sic: *de Pœ.* 1. 2. 3. tunc qværi debet in secundâ parte *Decreti* in causæ trigesimæ tertiæ qvæstione tertiâ, ubi ponitur *tractatus* de *Pœnitentiâ*, qvi habet *VII. Distinctiones*,

nes, ut supra jam dictum. Si verò allegatur *Distinctio* cum additamen. *de Con. vel Consf.* ut *de Conf. dis.* 2. vel 3. c. &c. Tunc qværendum in tertiâ parte Decreti in *tractatu* de *consecratione* ubi sunt *V. Distinctiones*.

Et hæc de primo Libro *Juris Canonici*.

II. Faciunt DECRETALES.

HIc Liber à GREGORIO IX. PAPA compositus est, qvi eundem in unam compilationem per Magistrum *Raymundum* suum Capellanum (qvem *Platina* in vitâ Gregor. 9. Pont. mire propterea laudandum putat) redigi curavit. Ille enim, postqvam circa Annum Christi 1231. diversas Prædecessorum suorum Epistolas correxisset, hoc modo concordare eas fecit.

Dividitur hic Liber in V. Libros Partiales; Hi in multos Titulos & Rubricas; Istæ in capita; capita in §. & hi interdum in Vers.

Tractat. autem.

I. De Personis Ecclesiasticis, Ecclesiæ Ministris, eorum officiis, &c. Et habet Titul. XLIII.

II. De Judiciis & reqvisitis in Judicio, & ht. T. XXX.

III. De vitâ & honestate Clericorum, rebus eorum & rebus Ecclesiarum. Habet T. L.

IV. De Sponsalibus & Matrimoniis cæterisqve affinibus. Habet T. XXI.

V. Et Ultimus de Accusationibus, Criminibus, diversis pœnis, &c. Habet T. XLI.

Juxta vulgarem Versum.

1. Judex. 2. Judicium. 3. Clerus. 4. Sponsalia. 5. Crimen.

Summa autem omnium Titulorum CLXXXV.

In Decretalibus allegatur sic.

Vel ponitur etiam primô initium Tituli, deindè *caput*, & (hoc si longum) Paragraphus. *Exempl. De sum. Trin. & fi. ca. damnamus.* h. e. in Titulo vel Rubrica Decretalium de summa Trinitate & Fide *catholicâ* capite qvod incipit *damnamus*. It. *de homi. vol. vel cas. c. sicut §. eos* ·/· In Rubricâ de homicidio voluntario vel casuali in capitulo, qvod incipit *si-*

cut. & in §. illius c. *eos.* It. *De Transla. Ep. c. inter corporalia, in Verf. & qVamVis.* h. e. in Titulo de Translatione Epiſcoporum in c. *inter corporalia*, & ejusdem c. verſ. *& qVamVis.* Vel etiam poſtponitur Titulus. Ut: *c. ſuper qVaſtionum. §. qVem Vero. de Off. & pot. jud. dele.* h.e. in Titulo de officio & poteſtate judicis delegati, capite qvod incipit *ſuper qVaſtionum.* & ejusdem cap. §. *qVem Vero.* Item: *c. ſignificaſti & c. qVarenti eod.* hoc eſt in eodem Titulo de officio & poteſtate judicis delegati, in capitibus *ſignificaſti* & *qVarenti.* A nonnullis additur numerus capitis & paragraphi, more apud Legiſtas uſitatiſſimo, ut, *c. in præſentia.* 19. *de Sponſal. &c. Dominus* 2. *de Secund. Nupt.* h.e. in cap. 19. Tituli de ſponſalibus qvod incipit in *præſentia*, & c. 2. *Dominus*, Tit. de ſecundis Nuptiis. It. *c. non debet* 8. §. *prohibitio. &c.* Vel ſolus numerus cap. absqve ulla determinatione ponitur ut *c.* 20. *de ur. patron.* Hi qvidem poſteriores duo modi allegandi ſunt facilimi; at locum ſaltem habent in Novis editionibus *Juris Canonici*, ubi capita eleganter per numeros ſunt diſtincta, qvi cum in Veteribus deſint, longè difficilius eſſet ab initio Rubricæ numerando caput allegatum qværere, qvod ex determinatione ſuâ ſtatim inveniri poſſet.

❧(o)❧

NOTANDUM hic:

Qvando in Summa de Casibus, in Summâ Pisana, vel alicubi in *Libris Juris*, ponitur autoritas ex *Decretalibus*, tunc allegatur *extra* vel e x̃ vel x solum, & significat *ExtraVagantem*, sc. textum vel caput vel extra corpus Decretorum positum. *Decretales* enim, paulò anteqvàm in ordinem redactæ erant, *extraVagantes* erant, qvia vagabantur extra illud volumen. Hodiè autem per modernos *Canonistas* capita in *Decretalibus*, in *Sexto* similiter & *Clementinis*, non allegantur *extra*, qvia talia *capitula* non vagantur modo extra Corpus *Juris Canonici*. Sed Legistæ etiamnùm *prædictorum Librorum* textus allegant extra vel x̃, ideò, qvia sunt extra Corpus sui Juris, sc. *Civilis*. De illis autem, qvos *Canonistæ* adhuc hodie extra allegant, infra suo loco dicetur.

Absoluto 2. Libro Juris Canonici seqvitur

III. Qvi vocatur SEXTUS.

HIc post *Decretalium Librum*, cum aliæ multæ *Decretales* posteriorum Pontificum Epistolæ, utpote GREGORII X. INNOCENTII IV. CLEMENTIS IV. & alio-

& aliorum exſtarent, juſſu BONIFACII VIII. qvi ſuas etiam Epiſtolas addidit, eſt compilatus.

Noluit enim BONIFACIUS *Epiſtolas* in *Sexto* comprehenſas inſeri in *Libris Decretalium* GREGORII, ne Libri illi antea ſcripti redderentur, imperfecti & inutiles, ita ut homines duplici impensâ onerarentur, ſi habentes librum *Decretalium Gregorii*, *Decretales Bonifacii* non poſſent ſeorſim habere, ſed totum aliud opus cogerentur ſibi comparare. Qvare has novas *Decretales* juſſit ſeparato volumine deſcribi & *Sextum* appellari; non ideò qvod ille cum aliis qvinqve *Partialibus libris Decretalium* in Unum Volumen *Sextus* connumeretur; Sed qvia Liber eſt Specialis poſt dictos qvinqve editus, ſupplens defectum diverſorum caſuum emergentium, in aliis non comprehenſorum.

Eſt autem hic *Sextus* liber eodem ordine compoſitus, qvô *Decretales*; hinc eodem modo ſicut *Decretales* in V. Libros partiales dividitur, & qvilibet horum Librorum in *Titulos*, hi in *capita*, *Capita* in §.

Et habet

Liber	I.	Titulos	XXII.
	II.		XV.
	III.		XXIV.
	IV.		III.
	V.		XIII.


Summa omnium Titulorum LXXVII.

Et

Et qvamvis in *Sexto* non sint tot Tituli sicut in *Decretalibus*, nec tot Capitula in Titulis, tamen ubi deficit aliqvid non plenè decisum in *Decretalibus*, id ponitur in *Sexto*.

Allegatur autem.

Eodem ferè modo, qvo in *Decretalibus*, hoc solùm diversitatis inest, qvod in *Sexto* allegando semper in fine additur *lib.* vel *l. 6.* vel *in 6.* propter differentias Librorum; qvia omnem *Rubricæ Sexti* sunt etiam in *Decretalibus*, sed non vice versâ. Debet ergo ad Titulum post c. addi *lib.* 6. vel *in* 6. ut sciatur esse in *Sexto*; qvod si negligitur, facile errare contingit, & caput allegatum qværitur in *Decretalibus*, ubi non extat. *Exempl. De constit. ut animarum. lib. 6. & de rescript. c. statutum.* §. *cum vero in vers. nullus lib. eod.* h. e. In Libro Sexto sub Titulo de constitutionibus, in *cap. ut animarum*, & in Tituli de Rescriptis *cap. statutum.* §. illius cap. *cum verò* in versu *nullus*, lib. eod. Vel etiam primò ponitur *cap.* deinde Tit. ut in Decretalibus dictum; eadem enim hic qvæ ibidem allegandi est ratio, supra memorata saltem additione aliqvid variante.





Se-

Seqvitur jam in ordine Liber

IV. CLEMENTINÆ.

SC. *Constitutiones*, qvæ à CLEMENTE V. inceptæ & editæ sunt sub Annum Christi 1311. in *Concilio Viennensi*: Sed ipse CLEMENS morte præventus ad publicum non perduxit, sed post eum JOHANNES XXII. complevit, correxit, in qvibusdam mutavit, &c.

Appellantur tamen CLEMENTINÆ, qvia à CLEMENTE fuerunt compilatæ, de qvo prolixius *Johann.* de *Vanckel.* h. l. Malè autem (*secundùm gl. in prooem. hujus libri* §. *hæc sanè in verb. in Unum*) dicunt illi qvi in allegationibus hunc Librum vocant *Septimum*, qvia dictæ *Constitutiones* non sunt connumeratæ sub numero Libri, sed debent intitulari *Clementinæ*.

Dividuntur autem eodem modo in V. Libros sicut *Decretales* & *Sextus*, juxta Materiam supra positi versus *Judex*, *Judicium*, &c.

Et habet

Liber	I.	Titulos.	XI.
	II.		XII.
	III.		XVII.
	IV.		I.
	V.		XI.

Summa omnium Tit. LII.

Alle-

Allegatur etiam.

Ferè ſic ſicut in *Decretalibus*, tantummodò qvòd qvemadmodum in *Sexto* additur *lib.* 6. ita hic in *Clem.* vel *Clement.* Et poteſt hoc additamentum pro lubitu præponi vel poſtponi. *Exempl. De haret. multorum* §. *porro in Clem.* ·/· in conſtitutionibus Clementinis ſub Titulo de hæreticis *cap. multorum.* §. *porro.* Vel ſic. *Clem. attendentes* §. *ſtatuimus de ſtat. Monach.* &c.

Librum ultimum Juris Canonici ſive

V. Faciunt EXTRAVAGANTES.

POſt compoſitionem enim *Clementinarum* JOHANNES XXII. qvasdam *Decretales* addidit, qvæ vocantur *Extravagantes* JOHANNIS XXII. Et dicuntur ideò *Extravagantes*(ut ſupra notatum)qvia vagantur extra volumina *Juris Pontificii.* Et ſunt numero XIV. Diſpoſitæ etiam eodem ordine, qvo aliæ *Decretales*, ſed in uno indiviſo volumine continentur.

Tandem etiam in *Unum volumen* collectæ ſunt *conſtitutiones* poſteriorum *Pontificum*, qvæ in

inſcribuntur *Extravagantes Communes*, eo qvod non ſunt propriè unius Pontificis, ut, *Extravagantes* JOHANNIS XXII.

Dividuntur etiam in V. Libros, ut *Decretales*, *Sextus* & *Clementinæ*; ſed qvartus Liber vacat, qvia nullæ *Decretales* repertæ ſunt in eum Librum referendæ: ſicut & in *Clementinis* tantum Unus eſt *Titulus* & una *Conſtitutio* Libri IV.

Omnes ergò *Decretales Romanorum Pontificum Epiſtolæ* his *V. Voluminibus* continentur.

I. GREGORIANIS Decretalibus.
II. SEXTO.
III. CLEMENTINIS.
IV. EXTRAVAGANTIBUS JOHANN. XXII.
V. EXTRAVAGANTIBUS Commun.

Modus allegandi

Hic idem eſt qvi in *Clementinis*, ſaltem qvod loco *Clement.* ponitur Extravagant. vel ex. vel x. Ut *Extravag. un. Joh. 22. de Majorit. & obed.* h. e. Extravaganti unica Joh. 22. ſub Titulo de Majoritate & obedientiâ, It. *ex. qvia nonnunqvam. Joh. 22. de verb. ſign.* &c. *Similiter* in *Extravagantibus communibus*. *Ex. com. execrabilis de præben. & dign.* h. e. In extravagan-

gantibus communibus in cap. *execrabilis* sub Tit. de præbendis & dignitatibus. Item: *x. com. un.* §. *si qvis de reb. Eccl. non alien.* h. e. In Extravagantibus communibus in capitis unici §. si qvis sub Tit. de rebus Ecclesiæ non alienandis. Et sic reliqva.

Hæc de Jure Canonico, qvo absoluto, seqvitur.



JUS

JUS CIVILE ROMANUM sive IMPERATORIUM (qvod vulgò LEGES appellatur) conditum partim *ante Divisionem Romani Imperii* in *Occidentale* & *Orientale*, partim post *Divisionem*.

Qvod *ante Divisionem* compositum, vocatur CORPUS JURIS CIVILIS sive JUSTINIANEI: Et traditum est generaliter in IV. Voluminibus, qvæ *Libri Legales* dicuntur, ut sunt.

I. INSTITUTIONES.
II. DIGESTUM.
III. CODEX.
IV. AUTHENTICUM.

Et qvanqvam (si primam eorundem compositionem spectemus) non hoc ordine editi sint, tamen qvia hoc ordine Libris Juris continentur, eundem hic qvoqve observandum putavi.

I. *INSTITUTA sive INSTITUTIONES* editæ sunt post DIGESTUM & primam compositionem CODICIS (ante tamen *secundi* Codicis, qvem nunc habemus, compilationem) per Magnificum Magistrum TRIBONIANUM *Qvæstorem Sacri Palatii* cum THEOPHILO & DOROTHEO Viris Illustribus, *ut in proœm, harum*

In-

Institutionum dicitur. Et est hic *Libellus* veluti *Methodus* & *Epitomè* totius JURIS CIVILIS, in qvo breviter & justâ ratione comprehensum est, qvicqvid in *Summâ* pertinere videtur ad cognitionem eorum, qvæ in Universo Corpore Juris copiosissimè tradita sunt, *juxta illud Philippi Melancht. Distichon*:

Continet hic Legum tenuis Præcepta Libellus.
Primaq; Romani semina Juris habet.

Dividitur autem in IV. *Libros Partiales*, hi iterum in *Titules*; isti in *Paragraphos*, non in *Leges* nec *Canones* vel *capita*; §. autem interdum qvando longi sunt in verb.

LIBER	PRIMUS tractat de *Jure* in genere & de *Personis*.	*Et habet Titulos*	XXVI.
	SECUNDUS usqve ad		XXV.
	TERTII Tit. decimum qvartum de *Obligationibus*, agit de *rerum dominio*; In *alterâ* Libri Tertii parte & *qvinq; primis*.		XXX.

QUAR-

LIBER	QUARTI Libri Titulis differitur de *Obligationibus*: Deinde à Titulo *Sexto* hujus Libri usqve ad decimum sextum agitur de *Actionibus*. Tandem in tribus postremis Titulis tractatur materia de *Judiciis*.	*Et habet Titulos*	XVIII.

Summa omnium Titulorum XCIX.

Et allegatur in Instituſtionibus ſic:

Primò nominatur *Liber*, (non partialis ſed Inſtitutionum) poſtea Titulus; deinde §. *Exemp. Inſtit. de Juſtit. & Jur.* §. *Juris. Pracepta.* h. e. In Inſtitutionibus ſub Titulo de *Juſtitiâ* & *Jure*, paragrapho qvi incipit, *Juris Pracepta*. Vel *Inſtit. de Jur. perſon.* §. 4. h. e. Inſtitutionibus ſub Titulo de Jure perſonarum paragrapho illius Tituli qvarto. Uſitatiſſimum nunc eſt præponere §. & poſtponere determinationem Tituli, ut §. *emancipatos Inſt. de exhared.* Aliqvando ſic. *Inſt. de hared. qval. & diff.* h. e. in principio *princip.* Tituli Inſtitutionum, qvi eſt de hæredum

dum qvalitate & differentiâ. Et sic cuiqve suus allegandi modus placet.

II. *DIGESTUM* dicitur vel qvia JUSTINIANUS ibi non confusè, (qvemadmodum antea erant) *Jura* proposuit, sed *certo ordine* digessit: Vel qvia omnia decidenda ibi digeruntur & solvuntur. Et collectus est hic Liber ex Veteri *Jure*, qvod ab *Urbe Romanâ* conditâ & à tempore ROMULI usq; ad tempora JUSTINIANI Imperatoris, ferè per *mille trecentos annos*, confusè statutum fuit; & extenditur penè in duo millia Librorum & plus qvàm *tricies centena millia* versuum ut habetur *l. 2. §. 1. C. Vet. jur. enucl.*

Vocatur etiam hic *Liber* PANDECTÆ à πᾶν & δέχομαι, qvasi omnia in se comprehendês, qvia omnes materias Juris plenissimè tractatas continet.

Dividitur autem hic Liber Pandectarum secundum JUSTINIANUM *d. l. & l. 3. §. 2. eod.* dupliciter.

Vel qvoad { *formam* in L. Libros.
materiam & numerorum naturam sive harmoniam in VII. partes vel Tractatus.

Qvinqvaginta illi Libri in tribus Voluminibus continentur, qvorum

I.	Vocatur	DIGESTUM *Vetus* qvod habet XXIV. Libros partiales.
II.	Vocatur	DIGESTUM *Infortiatum* (qvod ideò infortiatum dicitur, qvia multas fortes Leges in se habet, continet enim Dispositiones ultimarum Voluntatum) & habet XIV. Libros.
III.	Vocatur	DIGESTUM *Novum* & habet XII. Libros.

Connumeratis omnibus his Libris erunt L. qvi habent CCCCXXXVIII. Titulos.

1. Inscribitur *τὰ πρῶτα* qvo significantur *Juris Primordia.*	1. 2. 3. 4.

2. De

Partium sive Tractatuum.		Et continet sub se Digestor. Librum.
2. De *Judiciis* tam realibus Universalibus, qvam realibus *Particularibus*, &c.		5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
3. De *rebus creditis*, ubi habentur *contractus nominati* vel *innominati*.		12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.
4. Qvi & *Umbilicus* vocatur continet varia Jura.		20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.
5. Qvi inscribitur de *Testamentis*, continet explicationem *Ultimarum Voluntatum*.		28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.
6. Exponit bonorum possessiones, jus omne qvod de gradibus &		37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44.

affinitatibus descendit.	
7. Agit de *Stipulationibus* seu *Verborum Obligationibus*, de delictis, *pœnis* &c.	45.46.47.48. 49.50.

Hæc omnia plenius tractata peti possunt ex supra dictis *Codicis II*.

Scribitur autem *Digestum* vel *Pandecta* in *Abbreviatione* vel per D. magnum; vel per duo *f.* ut *ff.* Cur autem per ff. scribatur non conveniunt *Opiniones*. Alii conjiciunt, qvòd qvia per duos *Imperatores*, qvorum qvivis FRIDERICUS nominabatur, ex tenebris productum & postea maturius ruminatum est *Digestum*, à nomine cujuslibet sumptam esse primam literam f. Nonnulli putant, qvia πανδέκται per π scribuntur; Veteres initium hujus Libri saltem solitos fuisse cum accentu in allegationib. ponere ita π̃: & sic postea ex ignorantia Græcarum literarum *librarios* pro π̃ corruptè ff. scripsisse. Qvidam dicunt esse arbitrarium, nec esse aliqvam rationem hic investigandam. Penultimam tamen sententiam puto plausibiliorem.

Qvando in Digestis allegatur, ponitur in principio nomen Libri (non partialis Veteris, *Infortiati* vel *Novi*, de qvibus supra; sed *generali-*

raliter) D. vel ff. (freqventissime tamen ff.) postea Titulus: deinde Lex cum sua determinatione vel numero ; & si lex habet §. ponitur ille ejusqve vel determinatio vel numerus saltem, vel utrumqve. *Exempl. ff. e dinoff. Test. l. Papinianus* 8. §. *si conditioni* 10. h. e. In Libro *Digestorum* vel *Pandectarum* sub *Titulo* de inofficioso Testamento lege octava qvæ incipit *Papinianus*, & ejusdem legis Paragrapho decimo qvi inchoatur ita, *si conditioni*. Vel præponitur Lex & §. Libro, & deinde collocatur Titulus (qvi modus allegandi hodie apud ICtos freqventissimus) & qvidem vel sine numero, solâ determinatione Legis & §. adhibita ut *l. Servius* §. *si aqva ff. de riv.* h. e. In Titulo Pandectarum de rivis, lege qvæ incipit *Servius* §. *si aqva*. Vel numerus saltem Legis, sine determinatione ponitur ut *l.* 11. §. 4. *ff. ad l. Falcid.* h. e. legis undecimæ paragrapho qvarto Pandectarum sub Titulo ad legem Falcidiam, &c.

N O T A.

In antiqvis editionibus *Juris Canonici* qvando in glossis allegatur *textus Pandectarum*, tum non additur principio legis litera l. sed sine ea ponitur, qvemadmodum in *Jure canonico initio capitis* non semper c. præponitur, ut *ff. de his qvæ in fraud. cred. etsi pignus*. Item: *ff. de offi. præf. illicitas* §. *ne tenuis*. It. *ff. de preca. cum precario* §. 1.

III. *CODEX.* Continet *Statuta, Sanctiones* & diversa *Præcepta* sive *Rescripta Imperatorum.*

Et qvamvis communiter loqvendo *Codex* dicatur qvilibet Liber in se habens diversos libros partiales: tamen fuerunt ante tempora JUSTINIANI tres *Codices*, sc. *Codex Gregorianus*, *Hermogenianus* & *Theodosianus*, ex qvibus *tribus Extravagantibus Codicibus* JUSTINIANUS *Imperator* fieri fecit *unum*, qvem suo nomine intitulavit *Codicem Justinianeum*, qvi tamen hodiè non exstat: Nam post compositionem *Institutionum* cum videret *Imperator* priori *Codicis* editioni multa deesse, hujus *Codicis* emendationem & secundam ejus editionem & *Tribonianum* suscipere jussit, qvi *codicem* longè emendatiorem edidit, qvibusdam demtis, multis *Novis constitutionibus* additis, qvæ in priore editione non exstabant; ut videre est *tot. tit. de emendat. Cod. Justinianei & secun. ejus edit.* Atqve hic est qvo hodie inter reliqvos *Libros Juris* utimur, & vocatur etiam ideo *Codex repetitæ Prælectionis.*

Dividitur autem in *XII. Libros*, qvorum *Ultimi* tres longe post *primos Novem* compositi sunt, hinc etiam raro leguntur à *Doctoribus.*

I. Agit de *Jure Sacro*, *Legibus*, *Rescriptis*, *Magistratibus*; & respondet proportione primo libro Digestorum.	LI.

II. Pro-

II. Proportione respondet *Secundo, Tertio* & *Qvarto* Libris ff; tractat enim easdem materias, saltem ad calcem adjiciuntur alii tres *Libri, de Satisdando*, de *Formulis* & de *Juramento calumniæ*.	LVIII.
III. Respondet secunda qvarti Digestorum.	XL.
IV. Tertiæ parti; sed inseritur tractatus de *Probationibus*, qvem ff. receperunt in qvartâ parte.	XLV.
V. Tractat de *Sponsalibus*, *Nuptiis* & aliis *Juribus* inter Virum & Uxorem & de *Tutelis*, *Curationibus*.	LXXXV.
VI. Agit de *bonorum possessionibus*, *Ultimis Voluntatibus & successionibus legitimis*.	LXI.
VII. De *Manumissionibus*, & liberali causâ, de dominio, possessione, Præscriptionibus & *missione in possessionem*.	LXXV.
VIII. De *Interdictis*, *pignoribus*, *exceptionibus*, *stipulationibus*, *liberationibus*, *evictionibus*, *patria*	LIX.

Et habet Titulos

 pote-

Allegatur hic

Eodem modo qvo in *Pandectis*, saltem qvod loco ff. ponitur magnum C. qvod *Codicem* denotat: ut *l. properandum* 13. §. *cum autem* 4. *C. de Judi*, h. e. in Titulo Codicis de Judiciis l. 13. & §. 4. vel sine determinatione solus numerus ponitur; ut, *l.* 23. §. 1. *C. ad SC. Vellei.* Et qvicqvid in allegationibus Digestorum dictum, tam de *Veterum* glossis qvam *Neotericorum* allegandi modo, etiam hic locum habet.

NOTA.

In ultimis tantum *tribus Libris Codicis* in fine allegationis additur numerus Libri, ut *C. de Jure fiscal.* 1. *lib.* 10. Et sic in reliqvis. Magis etiam necessarium est qvosdam horum trium Librorum *Titulos* plenius scribi, qvia sunt in illis valdè inusitati & infreqventes *Tituli*, cum in Scholis legendo non ita freqvententur prout reliqvi *IX. Libri.*

Ob-

Observandum etiam.

In *Codice* aliqvando allegantur *Authenticæ*; qvæ ex *Novellis* ab IRNERIO in *Epitomen* sunt redactæ & *Codici* sub *convenientibus Titulis* insertæ, qvæ, ut à *Legibus Codicis* facilius dignosci qveant, aliis *characteribus* excuduntur & allegantur sic. *In C. de Episc. & cler. Auth. generaliter* h. e. In Codice sub Titulo de Episcopis & Clericis in Authenticâ ibi incorporata qvæ incipit *generaliter.* Vel sic *Auth. bona damnatorum* c. *de bon. proscript. & damnat.* It. *Auth. licet.* c. *de Natural. lib.* &c.

IV. AUTHENTICUM (& *Authentica*, orum) sive *Novellæ Constitutiones* post *codicem*, rebus JUSTINIANI sic exigentibus, sunt conditæ; qvæ postea non secundum doctrinæ ordinem, sed temporum plerumqve ratione habitâ (nam hic ordo interdum turbatus fuit) in *Unum Volumen ab ignoto Autore*, adjectis Titulis, qvi varii sunt in variis editionibus, conjectæ. Cum autem omnes *Græcè* fuerint conscriptæ, etiam ab *Anonymo interprete* in Lingvam *Latinam* de verbo ad verbum sunt translatæ. JULIANUS autem *Antecessor* eas eleganter est interpretatus, sed *Præfationibus* & *Epilogis* amputatis, atqve ipsis *Decisionibus* in compendiosam *brevitatem* redactis. Hoc JULIANI opus à DD. vocatur Liber *Novellarum* : Alterum vero opus qvod *Versionem* ad Verbum continet, &

non latum ungvem à Verbis contextus recedit, *Authenticum* appellatur. Atqve hoc in *Scholis* & *foro* receptum est, exploso JULIANI *libro Novellarum*, qvi seorsim à corpore *Juris Civilis* impressus exstat.

NOTANDA
autem

Hic *differentia* inter *Authenticam* & *Authenticum*. *Authentica* est Lex Paragraphus ex *Authentico* desumtus, & libro *Codicis* incorporatus, de qvo in allegationibus *Codicis* dictum. *Authenticum* verò est *Liber Principalis*, de qvo hic.

Dividitur iste Liber in IX. *Collationes*, qvarum qvælibet subdividitur in *Titulos* : hi non in *Leges* sed in *capita* vel *Paragraphos*.

Et cùm allegatur in *Authentico*, præmittitur primò Nomen Libri cum præpositione *in*; deinde ponitur Titulus ; postea subjungitur §. cum sua inceptione ; in fine ponitur *qvota collationis*. *Exempl. in Authen. de lenon.* §. *sancimus*, *Coll.* 3. Item : *in Authen. de trien.* & *semis.* §. *consideremus Coll. ead*, h. e. In Authentico sub Titulis de Lenonibus & de Triente & semisse, paragraphis, qvi incipiunt *sancimus* & *consideremus* Collatione tertia. Qvanqvã apud modernos ICtos hic modus allegandi

di minùs jam freqvens ſit, qvi tantum allegare ſolent *qvotam Novella* & capitis Paragraphi. Ut *Novell.* 119. *cap. hoc qvoqve* 4. *ut ſponſal. larg.* h. e. Novellâ centeſimâ decima nonâ, capite qvarto, qvod incipit *hoc qvoqve* ſub Titulo ut ſponſalia largitas, &c. Vel. *c. ſit igitur licentia* 2. *Novell.* 74. *qvib. mod. nat. effic. legit.* Vel. *in pr. Novell.* 15. *in verſ. nos igitur de defenſ. Civit.* h. e. In præfatione Novellæ decimæ qvintæ in verſu qvi incipit *Nos igitur* ſub Titulo de defenſoribus Civitatum. Item: *In Epilog. Nov.* 1. *de hered. & Falcid.* h. e. in Epilogo Novellæ primæ cui eſt Titulus de hereditate & Falcidiâ, &c.

Summa omnium Novellarum in Authentico CLXVIII.

QVATUOR his Libris PRINCIPALIBUS adduntur in nonnullis editionibus,

Juſtiniani Edicta XIII.

Juſtini Conſtitutiones V.

Tiberii Constit.

It. Constit. Justiniani, Justini, Tiberii (ex libro Juliani Antecessoris) IV.

Leonis Imper. Novellæ CXIII.

Et constitutiones aliqvot Imperatorum Juris Orientalis.



JUS

JUS CIVILE
ROMANUM, qvod post Divisionem Imperii est constitutum, est
JUS OCCIDENTALE.
Et dividitur in
CONSVETUDINES FEUDALES
&
CONSTITUTIONES GERMANORUM PRINCIPUM.

I. *CONSVETUDINES Feudales Cujacius* in *V. Libros* partitus est. *Alii* (& qvidem communiter) ad DUOS saltem referunt, & alio nomine *Collationem decimam Vocant.*

Dividuntur autem hi libri in Titulos; Tit. in cap. & §.

Et continent
CONSVETUDINES,
RESPONSA PRUDENTUM,
ET
IMPERATORUM CONSTITUTIONES.

ConsVetudines vero ideo dicuntur, qvia moribus receptæ sunt, nec publica autoritate,

ſed privatâ qvorundam DD. induſtriâ, utpote *Gerardi Nigri* & *Oberti* de *Otto*, in ſcripta redactæ. Et fuerunt eæ olim *Mediolanenſium*, *Cremonenſium*, *Placentinorum* vel alterius *Regni* & *Reipublicæ*. Hinc olim ſaltem in illis locis vim Legis habuerunt; at deinde mandato IMPERATORIS FRIDERICI *Junioris* in certos Titulos ſunt digeſtæ & in IMPERIUM introductæ, ubi jam obſervantur; partim autoritate Imperatoria accedente, partim longisſimo uſu (qvi hominum memoriam excedit) confirmatæ.

Reſponſa Prudentum in *Libris Feudorum* reperiuntur, & ſunt dictorum *Gerardi Nigri*, *Oberti* de *Otto* & aliorum. Et ſicut olim *Reſponſa Prudentum* per ſe vim legis non habuerunt, ſed hanc primum ex JUSTINIANI *Imperatoris Conſtitutione* obtinuerunt. (ut videre eſt ex *l.* 1. §. *ſed neqve ff. de Vet. jur. enucl.*) Ita qvoqve nec prædictorum *Prudentum Reſponſa* per ſe, ſed tantum ex approbatione *Imperatoris* FRIDERICI & aliorum, atqve ex *inveterato* uſu vim legis conſecuta ſunt.

Conſtitutiones verò *Imperator.* LOTHARII I. & II. CONRADI, HENRICI II. V. VI. & VII. Item FRIDERICI I. & II. qvorum in Libris *Feudorum* fit mentio, ſine omni exceptione jus faciunt. Qvia qvodcunqve *Princeps* per *Epiſtolam* vel *ſubſcriptionem* ſtatuit, vel *cognoſcens* decrevit, vel de *pleno interlocutus* eſt,

eſt, vel *edicto præcepit*, *legem* eſſe conſtat. *lib.* 1. §. 1. *ff. de Conſtit. Princip.*

FEUDUM autem unde dicatur, non concordant DD. Nonnulli dicunt eſſe vocabulum *Gotthicum* & *Longobardicum*, deductum fortaſſe à Germanicâ voce à Feed / bellum ſignificante: Prædia enim bello occupata, & à victoribus militibus ſuis tradita *Feuda* dicebantur. Vel à fide & *fidelitate*, qvæ *Longobardis* & *Italis* fede dicitur: de qvo *Olbrecht* prolixius *in Diſputatione de Feudis prima*; qvi ibidem *Feudum* definit, qvod ſit Jus, ſub mutuæ fidei conditione in rebus immobilibus, certo modo utendis, fruendis, conſtitutum.

In allegationibus

Vel ponitur primo Nomen Libri, poſtea Titulus, deinde caput & §. Ut: *in Uſib. Feud. de probib. Feud. alien. per Frid. c.* 1. §. *hac edictali*. h. e. In Uſibus Feudalibus in titulo de prohibita Feudi alienatione per Fridericum capitis primi §. *hac edictali*. (UBI NOTA. Qvia hic apponitur Nomen Friderici, ſit ad differentiam alterius Tituli in eod. libro de prohibita Feudi alienatione per Lotharium.) Vel poſtponitur Nomen Libri: ut, *c.* 1. *de Feud. March. vel Ducat. in Uſib. Feud.* Multi Modernorum ita allegant. 1. *Feud. tit.* 14. §. *ult. de Feud. March.* h. e. Primi libri Feudorum

rum tit. 14. qvi est de Feudo Marchiæ §. ultimo. Item: 2. *Feud. tit. 34. de Lege Corradi in princip. tit.* Item: *lib. 1. Feud. tit. 4. si de inVest. Feud. controV. fuer. §. cum autem.* Item 1. *Feud. 8. de succes. feud. §. 1. & 2.* Et similia.

II. CONSTITUTIONES *Germanorum* PRINCIPUM partim sunt insertæ in Libris *Feudorum* (de qvibus jam mentio facta) partim per se positæ. Qvæ per se positæ sunt vocantur *ExtraVagantes*, qvia vagantur extra Libros Juris. Qvas enim Græci *nagàs* Latini *NoVellas*, *Barbari ExtraVagantes* vocant. Una Authoris jussu, hoc est FRIDERICI *Imperatoris*, in *Codice* posita est, sub Titulo *ne filius pro patre*: reperiuntur tamen & inter reliqvas C. *Authenticas* qvædam ex istis *ExtraVagantibus* desumtæ.

Sunt autem Germanorum IMPERATORUM constitutiones seqventes.

CONSTITUTIONES FRIDERICI II. HENRICI VII. EXTRAVAGANTES DUÆ, ET LIBER DE PACE CONSTANTIÆ.

Et tantum etiam de Jure Civili.

Qvi

Qvi prolixiorem Juris Utriusqve diſpoſitionem & Titulorum omnium ſeriem, nec non materiarum explicationem deſiderat, conſulere poteſt præter alios Oeconomiam Juris Weſenbecii; hæc autem pro inſtituti noſtri ratione ſufficiant.

FINIS.



PRIN-

2. Absolutio esse non potest, nisi præcesserit condemnatio, *per cap. Venerabilem & ib. gloss. De elect.*

3. In obscuris proniora sunt jura ad absolvendum, qvam ad damnandum. *l. 47. de O. & A. c. 2. X de R. I. l. 168. eod. l. 5. de pæn.*

4. Omnia judicia sunt absolutoria, *par. ult. Inst. de except.* hoc est, omnia judicia, qvalia qvalia illa sunt, ita comparata esse debent, ut reus absolvi qveat. Qvod non tantùm procedit in iis causis, ubi justa rei est defensio, sed etiam si bonam fidem agnoscens condemnandus ante sententiam, vel invito etiam actori solvit, *Mynsf. & Schneidw. add. par. ult.*

5. Absolvere debet potiùs judex in dubio, qvàm condemnare, *l. 47. de O. & A. l. 9. l. 125. de R. I. cap. 3. de probat.*

Absurdum. 1. Absurdum in omnibus dispositionibus semper est vitandum, *l. 51. par. ult. Ad L. Aqvil. l. 39. in fin. de op. lib. l. 7. de ben. lib. cap. in Genes. de elect.*

2. In omni dispositione vel actu ita fieri debet interpretatio, ut absurditas evidetur, *cap. in Genesi de elect. par. 4. l. de adopt. l. 6. in fin. l. 7. ff. de bon. libert. l. 4. in fin. de off. procons. l. 22. de neg. gest.*

Abundare. 1. Abundans cautela, vel superflua non nocent, *l 17. C. de testam. l. pen. C. de evict.* Non enim solent, qvæ abundant, vitiare scripturas, *l. 94. de R. I.* nec ex iis, qvæ super-

vacua

vacua sunt, obligatio aliqva nascitur, *l. 2. pr. ff. Mandar. l. 32. par. 6 de aur. & arg. leg.*

Abusus. 1. Interest reipubl. ne qvis re sua malè utatur, *par. ult. Inst. de his qvi sunt sui vel. alien. jur.*

Accessorium. 1. Accessorium seqvitur naturam sui principalis, *l. 8. C. de jur. dot. reg. 42. De R. I. in 6. l. 26. §. 1. de pact. dot. l. 19. par. 13. de aur. & arg. leg. l. 33. par. 3. de R. V.*

2. Accessorium corruit sublato principali, *l. 2. ff. de pecul. leg. l. 26. C. de usur. l. 8. de vulg. & pup. subst. l. 178. de R. I. l. 29. par. eod.*

Accidens. 1. Accidens non potest esse sine subjecto & substantia, *l. 4. in fin. de act. emt. Card. Tusch. lit. a concl. 82. n. 13.*

2. Accidentia possunt mutari non vitiata substantia secùs è contra, *Card. Tusch. d. c. 82. n. 1.*

3. Accidentaliter evenientia non mutant rei substantiam, *l. 5. par. pa. De acq. rer. dom.*

Accipere. 1. Valdè inhumanum à nemine accipere: sed passim, vilissimum est: & omnia, avarissimum, *l. 6. par. 3. de offic. procons.*

2. Non videtur qvisqvam id capere, qvod ei necesse est alii restituere, *l. 51. ff. de R. I. l. 71. de V. S.*

3. Qvi non potest solidum sibi capere, is capere potest, ut alii restituat, *l. 16. par. 15. ad SC. Trebell.*

4. Non videtur cepisse, qvi per exceptionem à petitione removetur, *l. 13. de R. I. l. 7. 8. & t. t. ff. de dol. except. l. 28. pr. de leg. 1.*

5. Non

5. Non poteſt videri accepiſſe, qvi ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoveri. *l.* 115 *par.1. de R.I. l.27. par. 5. pact.*

6. Si qvis ab obligatione liberatus ſit, poteſt videri cepiſſe, *l.115. pr. de R.I. l.22. par. pen. ad L. Falc. l.2. de calumn. l.81. par. 5. de leg. 1. par. 5. l. de legat.*

ACCUSARE. 1. Nemo ſine accuſatore poteſt condemnari, *c. manifeſta* 15. *cauſ.2. q.1. c. ſi qvis partem* 31. *cauſ.23. q.4. l.3. par. præterea ff. de ſuſpect. tut.* Qvod verum ſi accuſatio loco delationis ſit & famam publicam comprehendat. *cap.*10. *de purg. can.* Aliàs fallit hæc regula, *d. c.*10. *l* 13. *de offic. praſ.*

2. Invitus nemo cogitur accuſare, *Rubr. & l. un. C. un. nem. neg.*

3. Accuſatore non probante reus abſolvitur, etiam qvod pro ſua innocentia nihil deduxerit, aut probaverit, *l.* 1. *ad SC. Turp. l.*4. *C. de edend.*

ACTA JUDICIALIA. 1. Omnem ſolennitatē ſuperat id qvod apud acta conficitur. *l.* 27. *l.*19. *pr. C. de teſtam.*

2. Acta faciunt rem notoriam, *l. ſ. C. de re jud. c. ex inſinuatione.* 50. *De appellat.*

ACTIO. 1. Actio ſemel extincta non reviviſcit, *l.98. par.4. ff. d. ſolut. l.27. par. ſed ſi ff. de pact. l.29. C. de nox. act. l.83. §. ſacram ff. de V. O. l.66. §. duorum ſi. de leg.* 2.

2. Actiones ſuas remittentibus non eſt dandus ad eas regreſſus, *l.*14. *par ſi venditor. ff. de adil.*

adil. edict. l. f. De remiss. pign. cap. ex transmissa. 3. de renunc. cap. ex orc. 17. de privileg.

3. Sine actione nemo in judicio experitur, nec alium cogere potest, *l. 6. §. Videamus de neg. gest. l. 9. §. si temporali. De adm. tut.*

4. Actio personalis non datur contra tertium possessorem, *l. ult. §. f. De contr. emt. l. 13. C. de Act. & Obl.*

5. Actio est inanis, qvam excludit inopia debitoris, *l 6. de dolc. olim. 16. de rest spol.*

6. Non videtur vim facere, qvi jure suo utitur, & ordinaria actione experitur, *l. 155. par. 1. de R. I.*

7. Is, qvi actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, *l. 15. de R. I. l. 52. de A. R. D. l 49. l. 215. in fin. de V. S. l. 77. part surdo de leg. 2. l. 17. de acq. poss. l. 5. de rest. in integr.*

8. Minus est actionem habere, qvàm rem, *l. 204. de R. I. arg. l. 2. C. de probat. arg. l. 51. de pecul.*

9. Nihil interest, ipso jure qvis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, *l. 112. de R. I. l. 5. par. 8. de dol. mal. l. 95. par. 2. de solut. l. 8. par. 9. ad SC. Mac.*

10. Alterius circumventio (*scil. passiva*) aliis non præbet actionem, *l. 49. de R. I. l. 4. par. 24. par. 18. de dol. exc. l. 24. de acq. poss. l. 52. par. 17. pro soc.*

11. De improbitate sua nemo actionem conseqvi-

seqvitur, *l.* 12. *par.* 1. *de furt. l.* 76. *par.* 1. *eod. l.* 134. *par.* 1. *de R. I.*

12. Nemo sine causa rectè agit, sed ea semper est exprimenda. *l.* 14. *par.* 2. *d. exc. rei jud. c. ult. X. de caus. poss. & propr.*

13. Regulariter actiones transitoriæ ad heredes eadem qvalitate transeunt, qva fuerunt apud defunctum, *arg. l.* 60. *de R. I. l.* 2. *par. ex his ff. de V. O.*

14. Actionem exercentes causam nostram non facimus deteriorem, sed meliorem, *l.* 29. *de novat. par.* 1. *Inst. de perpet. & temp. act. l. ult. C. de præscr.* 30. *ann. l.* 1. *l.* 2. *C. de præscr. long. temp.*

15. Omnes actiones, qvæ morte, aut tempore pereunt, semel inclusæ judicio, salvæ permanent, *l.* 319. *pr. de R. I. par.* 1. *Inst. de perp. & temp. act.* 9. *de jurej. l.* 2. *C. qvand. lib. princ. oblat.*

16. Qvoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una qvis experiri debet, *l.* 43. *par.* 1. *de R. I. l.* 9. *par.* 1. *de trib. act.*

17. Actiones cumulari non possunt, si sunt contrariæ, *l.* 1. *C. de furt. l.* 14. *l.* 6. *C. de inoff. test.*

18. Actionum cumulatio non est permissa, si plures actiones ita se habent, qvòd sententia lata in una pariat exceptionem rei judicatæ in alia, *l.* 16. *l.* 18. *de except.*

19. Qvoties deficit actio vel exceptio directa, utilis actio vel exceptio est, *l.* 21. *de præscr. verb. l.* 1. *par.* 7. *de eo qvi pro tut. l.* 1. *C. de mag. conv. par. ult. l. de L. Aqvil.*

20. Actio

20. Actio utilis & directa qvando concurrunt, præfertur directa, *l.1. par.2. de loc. publ. fruend. l.3. C. de noVat.*

21. Qvandocunq; actio utilis competit ex æqvitate causæ, directa non datur, *l.8. C. de pact.*

22. Regulariter qvando civilis actio competit, non datur remedium prætorium, *par.9. Inst. de action. l.3. par.4. Naut. Caup. Staq.*

23. In bonæ fidei negotiis officium judicis tantum valet, qvantum in strictis præstat expressa stipulatio, *l.7. de neg. gest. l.7. par.3. de dol. l. 1. C. de jur. dot. l.30. par.20. de ædil. ed.*

24. In stricti juris negotiis qvicqvid adstringendæ obligationis est, id si non exprimitur, pro omisso habetur, *l.99. de V. O.*

25. In stricti juris actionibus judex præcisè debet inhærere petitioni, *l. ult. C. de fideic. lib.*

26. Nunqvam actiones, præsertim pœnales de eadem re concurrentes, alia aliam consumit, *l.130. de l. par.1. l. Si qVadr. paup.*

27. Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est, præponenda est causa existimationis: ubi autem æqviparantur famosa judicia, etsi summam disparem habent, pro paribus accipienda sunt, *l. 104. de R. I.*

28. Si causa criminalis cum civili concurrat, priùs de crimine cognoscendum, tum deinde civilis causa disceptabitur, *l. ult. C. de ord. jud. l.54. de judic.* Wiesenbach. *ad l. 104. de R. I. n. 3.*

29. Ejus

39. Ejus eſt actionem denegare, qvi poſſit & dare, *l. 102. par. 1. de R. I.*

ACTOR. 1. Actor paratus venire debet ad judicium *l. 42. de R. I. arg. l. 5. par. ult. de dol. exc.*

2. Actor anteqvam agat prius reum amicè admonere debet, *c. 13. de judic. l. 13. de S. P. V.*

3. Actor ddbet ſeqvi forum rei, *l. 5. C. de jurisd. l. 2. C. eod. l. f. C. ubi in rem act. c. experientia 14. cap. ſi qvisqve 11. q. 1. cap. ſanè 13. cap. cùm ſit. 8. cap. ſi Clericus 5. de for. compet.*

4. Actore non probante reus abſolvitur, l. 25. *de jur. fiſc.* l. *ult. C. de R. V.* l. 4. *C. de edend.* l. 23. *C. de prob. cap. ult. X. de jurej. c. inter. 6. de fid. inſtr.*

5. Non debet actori licere, qvod reo non permittitur, l. 41. *de R. I. c.* 32. *de R. I. in* 9.

6. Nemo alieno nomine lege agere poteſt. l. 123. *de R. I.* l. 90. *de acq. hær.* l. *pen. C. de vind. man.* l. *pen. C. qvi man. non poſſ.* l. 77. *de R. I.*

7. In eo, qvod vel is, qvi petit, vel is, a qvo petitur, lucro facturus eſt, durior eſt cauſa petitoris, l. 33. *de R. I.*

ACTUS. 1. Actus legitimi, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, ſervi optio, datio tutoris, temporis vel conditionis adjectione vitiantur, l. 77. *de R. I.* l. 34. *de adopt.* l. 33. *de man. teſt.* l. 51. *par. ult. de acq. her.* l. 6. *par. 1. de tut.*

2. Actus legitimi tacitam diei conditionisve

T adjecti-

adjectionem admittunt, *l.* 77. *de R. l.* l. 12. *de accept.*

3. Actum nihil dicitur, cùm qvid supereſt ad agendum, l. 11. *C. de his qui ut ind. l. pen. C. ad SC. Syll.* l. 134. *de V. O.*

4. Actum qvi gerit, in dubio præſumitur magis velle, ut ille valeat, qvam pereat, l. 80. *de V. O.* l. 12. *de reb. dub.* l. 67. *de R. I.* l. 3. *de mil. teſt.*

5. Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, l. 3. 8. l. 19. *Si cert. pet.* l. 16. *de A. R. D.*

6. Actus ſemper judicatur à principali intentione agentium, l. 4. *pr. Si cert. pet.* l. 44. *de cond. ind.* l. 1. *C. ad L. Corn. de ficar.*

7. Actus geminatus inducit majorem firmitatem, & plus operatur, qvam ſimplex, l. 32. *ad SC. Treb.* l. 4. *de pign. act.*

8. Actus in dubio debet interpretari validus, & ut aliqvid operetur, non autem ut ſit inanis, & inutilis, l. 12. *de reb. dub.* l. 82. *de V. O.* l. 190. *de leg.* 1.

9. Actus à principio nullus, nullum producit juris effectum, l. 4. *par. condemnatum ff. de re jud. c. ad præſentiam* 16. *de appell.*

10. Actus in dubio videtur factus nomine proprio, non alieno, *l.* 4. *de ſolut.* l. 28. *Mandat.* l. 126 *par. Chryſogonus ff. de V. O.* l. 20. *de acq. her.* l. 9. *de probat.*

ÆQVALITAS. 1. Æqvalitas maximè in judiciis ſemper eſt ſervanda, *l. f. C. de procur.* *l.* 41. *de R. I.*

2. Æqva-

2. Æqvalitas inter partes debet in cunctis servari, & actor & reus non debent ad imparia judicari, l. 57. *par. e*ictis. ff. de leg.* 2. l. 6. *C. de bon. q*a lib.* l. 6. *Cod. de temp. in int. rest.* l. *f. C. de fruct. & lit. exp. c. in judiciis* 12. *de R. I. in* 6.

ÆQVITAS, 1. Æqvitas in omnibus, maximè tamen in jure, est spectanda, l. 90. *de R. I.* l. *ult. circ. fin. pr. Cod. de fideic.*

2. Æqvitas præfertur rigori, l. 1. *par. si ego. Si pars hered.* l. *ult. in fin. de offic. praf.* l. 8. *C. de leg.* l. 8. *C. de judic. cap.* 32. *de Simon. cap. f. de transact.*

3. Qvoties æqvitatem desiderii naturalis ratio, aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est, l. 85. *par.* 2. *de R. I.* l. 5. l. 17. *pr. de exc. tut.* l. 3 *C. de inoff. test.*

4. Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen ubi æqvitas evidens poscit, subveniendum est, l. 183. *de R. I.* l. 7. *de integr. rest.* l. 12. *C. de procur.* l. 53. *de re jud.*

ÆTAS. 1. Ferè in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati & imprudentiæ succurritur, l. 108. *de R. I.* l. 12. *ad L. Corn. de sic.*

2. Malitia supplet ætatem, l. 3. *C. si min. se major.*

AFFECTATIO. AFFECTATUS. 1. Affectata nocent, non ambitiosè qvæsita prosunt, l. 2. *par. ult. Si q*is caut.*

2. Affectare nemo debet, in qvo intelligit infirmi-

firmitatem suam alii damnosam futuram, l. 8. *par.* 1. *ad. L. Aq.*

3. Affectio magna impedit veritatem, *c. accusatores.* 12. *caus.* 3. *q.* 5.

4. Affectus regulariter non punitur, nisi seqvatur effectus, l. 18. *de pœn.* l. 1. *in fin. Qvod qvisq. jur.*

5. Affectio nulla cadit, nec considerari in ignotum potest, l. 12. *de transact.*

AFFLICTUS. 1. Afflicto non est addenda afflictio, l. 4. *par. cum autem ff. ad L. Rhod. de jact.* l. 14. *pr. de offic. praef. l.* 11. *de jurisd.* l. 9. *par. f. ad L. Pompej. de parric.*

AGERE. 1. Agentes & consentientes pari pœna puniuntur, l. 14. *par. œconomus C. de SS. Eccl. c.* 1. *de offic. de leg. c.* 4. *de furt.*

2. Agenti incumbit onus probandi, l. 2. l. 21. *de probat.* l. 8. l. 23. *C. eod.* l. 4. *C. de edend.*

3. Agere invitus nemo compellitur, l. *un. Cod. ut. nem. invit.*

ALIENUM. 1. Alienis negotiis impudenter qvis se ingerit, l. *ult. C. de appar. proc.* imò eo ipso suspectus redditur, l. 25. *de procur.*

2. Alienis in rebus nemo qvidqvam contra domini voluntatem facere vel pacisci potest, l. *f. C. de pact.*

ALIENATIO. 1. Id, qvod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, l. 11. *de R. J.* l. 20. *de A. R. D.*

2. Nemo plus juris in alium transferre potest, qvam

qvam ipſe habet, l. 54. *de R. I. l.* 20. *de A. R. D.* c. 79. *de R. I. in* 6. l. 19. *qvi & à qvib. man.*

3. Non alienat, qvi duntaxat omittit poſſeſſionem, l. 119. *de R. I. l.* 134. *pr. eod. l.* 16. *pr. & par.* 2. *Qvæ in fraud. cred.*

4. Qvi poteſt invitis alienare, multò magis & ignorantibus & abſentibus poteſt, l. 26 *ff. de R. I. l.* 4. *par.* 3. *de ſid. lib.* l. 16. *de reb. cred.*

5. Qvicunqve poteſt alienare, ille qvoqve alienanti conſentire poteſt. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis causâ conſenſerit, ratam ejus voluntatem habendam, l. 165. *de R. I.*

6. Alienatum non dicitur, ſi non durat alienatum, l. 10. *par. Verſ. ff. de in rem verſ. cap* 1. *qvid juris ſi vaſal. poſt, alien. feud.*

Alimenta. 1. Necare videtur, qvi alimenta, hoc eſt, omnia ad vitam neceſſaria non præſtat, l. 4. *de agn. lib. c. paſce* 21. *diſt.* 86.

Alter. Alius. 1. Qvod qvis per alium facit, per ſe feciſſe videtur, c. 72. *de R. I. in* 6. l. 71. §. 5. *de acq. hær.* l. 6. §. 1. *de precar.* l. 3. § *ult. de dominic. vir. & ux.*

2. Per alterius perſonam ſæpe conſeqvimur, qvod per nos conſeqvi non potuiſſemus, *l.* 55. *de acq. hær.*

3. Alteri per alterum non debet iniqva conditio inferri, l. 47. *de R. I. c.* 22. *eod. tit. in* 6. l. 25. *C. de pact.*

Aliud pro alio invito creditore ſolvi non po-

 teſt,

test, *l.* 2. § *mutui.ff.de const.pec.l.6.§.qvi ff.qvib. mod.pign.*l.16.l.17. *Cod.de solut.*

ALTERNATIVUM. 1. Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum, l. 110. §.3.*de R.I.c.70.de R.I. in 6.l.78.§.1.de condit. & dem.* l.27.§.6.*de pact.*l.5.*de cond.instit.*

2. In alternativis obligationibus electio est debitoris, l.10.§.*si res ff. de jur. dot, cap.70.de R.I. in 6.*

3. In alternativa qvantitatis vel temporis minus onerosum est in obligatione, l.109. *de V. O.* l.9.*de R.I.*l.18.*par.2.de adil. edict.* l.*f. de prat. stip.*

AMITTERE. 1. Non videntur rem amittere, qvibus propria non fuit, l. 13. *de R. I.*

2. Non potest videri desiisse habere, qvi nunqvã habuit, l.208. *de R.I.* l.96. *de cond.& dem.*

3. Amissum non dicitur, qvod non durat amissum *l.10.par.versum ff.de in rem vers.*

ANIMUS. 1. Præcedens talis præsumitur animus & voluntas, qvalis colligitur ex facto, qvod seqvitur, *Carpzov. p.4. Const.12. def.8. cum.* 13.

ANNUS. 1. Anni unius spatium nunqvam currit ignoranti, l. 15. *interdictum ff. qvod vi aut clam.l.6.ff.de calumn. l.8. de his qvi not. inf.*

2. Annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum, *l.5. par. f.de dol.except.l.5.C.de except.l.4.C.qvi amitt.*

APPROBARE. 1. Approbare qvis non potest, qvod semel impugnavit. *l. 62. de solut.*

2. Qvod

2. Qvod omnes tangit ab omnibus debet approbari, *l. 11. de ser*ꝟ*. rust. l. 18. comm. prad. c. 29. de R. I. in 6.*

3. Approbatum semel non potest amplius reprobari, l. 9. *de neg. gest.*

Arbitrium. 1. Arbitrio judicis relinqvitur, qvod in jure definitum non est, *l. 1. par. ult. de jur. del. l. 8. par. 3. par. 1. de non auct. jud. l. 13. par. 1. de ann. leg. c. 4. 1. de offic. de leg.*

2. Ubicunqve aliqvid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur servare omnes regulas juris communis, *l. 1. de usur. c. 4. caus. 3. q. 7.*

3. In bonæ fidei contractibus conditione in arbitrium Domini vel tertii collata, pro boni viri arbitrio id habendum est, *l. 22. par. 1. de R. I. l. 24. locut. l. 7. pr. de contr. emt. l. 76. & seqq. pro soc.*

Ars. Artifex. 1. Cuilibet in sua arte credendum *l. 1. par. 1. de* ꝟ*entr. insp. l. 11. par. 1. Cod. de ad*ꝟ*oc. di*ꝟ*. jud. N. 7. c. 3. par. 2. l. 20. par. omnes Cod. de fid. instr. l. 6. §. hic illud. Cod. de sec. nupt.*

2. Officio alieno nullus artifex uti debet, *l. 23. C. de testam. l. 2. C. de execut. l. 3. C. de fabric.*

3. Omne artificium continua exercitatione recipit incrementum, *l. 65. par. 3. de leg. 3.*

4. Magnum inter artifices discrimen est & ingenii & doctrinæ, *l. 31. de solut. 26. par. 12. de cond. ind.*

5. Ars imitatur naturā in qvantū potest, *par. 4. Inst. de adopt.* Unde arte non conceditur, qvod naturaliter denegatur, l. 88. *par. 1. de R. I.*

6. Ars & natura nihil faciunt frustra, l. 11. *de V. O.* l. 45. *par. Sabinus ff. de procur.* l. 14. *par. Divus. ff. Ut leg. nom. cav.*

AUGMENTUM. 1. Augmentum debet esse ejusdem qvalitatis cum suo principali, l. 8. *C. de jure dot.* l. 26. *de pact. dot.* l. 8. *pr.* l. 24. *par.* 2. *de leg.* 1.

AUXILIUM. 1. Qvæ de novo emergunt, novo egent auxilio, l. 1. *de ventr. insp.* l. 11. *par.* 8. *de interr. act.*

2. Non debet qvis ex eo auxilium petere, qvod impugnare nititur, l. 21. *C. de pact. c. cùm olim* 19. *de cens.* c. 38. *de R. I. in* 6. l. 8. *par.* 14. *de inoff. test.* l. 5. l. *ult. De bis qva ut ind.*

BENEFICIUM. 1. Benefacere invitus nemo cogitur, *c. de Judais dist.* 45. *cap. ad fidem* 23. *q.* 5

2. Benefacere tenemur benefacienti, l. 25. *par.* 11. *ff. de pet. hær.* l. 12. *par.* 8. *mandat.* l. 26. *par.* 12 *de cond. ind. c.* 7. *de testam.*

3. Beneficio nos adjuvari non decipi oportet, l. 17. *par.* 3. *Commod.*

4. Beneficiũ juris nemini est auferendũ, *N.* 22. c. 23. l. 2. *par.* 4. & 5. *de re jud. c.* 17. *de R. I. in* 6.

5. Beneficium principis latè est interpretandum, l. 3. *de const. pr.* l. 14. *de LL.* l. 35. *C. de inoff. test.* l. 2. *C. de nox. act.* l. 7. *C. de bon. qva lib. c.* 16. *de V. S.*

6. Invito beneficium non datur, l. 69. *de R. I.* l. *f. C. und. leg.* l. 16. *C. de jur. lib.* l. 2. *par.* 2. *de don.*

7. Si Princeps alicui, qvem vivere existimabat, dederit beneficiũ, id ei jam defuncto, adeoq; heredibus ejus concessisse non intelligitur, l. 161. *de R. I.*

R.I. Nisi Princeps aliū sui beneficii modum esse velit *d.* l.191. l.43.*pr.de Vulg. & pup sulst.* aut non personæ, sed rebus beneficium datum proponatur, l.4.*par.3.de censib.*l.68. l.196.*de R.I.*

BENEPLACITUM. 1. Beneplacitum (auff wollgefallen) nulli legi subjacet, l.11.*par.7. de leg.3.* *Gaill.2. Obs.60.n.15.*

2. Beneplacitum solvitur morte concedentis, l.4.*ff.locat.Gail.d.n.15.*

BONA. 1. Bona non dicuntur nisi deducto ære alieno, l.72.*de jur.dot.*l.11.*de jur. fisc.* *l.*39 §.1. *de V.S.*

2. Bona qvi non habet luit in corpore, l. *ult. de in jus Voc.* l.1. *par.f de pæn.*

3. Bona fides præsumitur, l.6.*C. de dol.* l. 51. *pro sec.*

4. Bona fides tantundem possidenti præstat, qvantum veritas, qvoties lex impedimento non est, l. 136. *de R. I.*

5. Bona fides in omnibus contractibus intervenire debet, l. 4. *C. de O & A.*

6. Bona fides non patitur ut bis idem creditum exigatur, *cap. 57. de R. I. l.31. Depos.*

7. Mala admittenda non sunt, ut inde seqvantur bona, *can. fortè* 3, *can.* 14. *q. 5. can. sic non sunt.* 10. *caus.* 32. *qv.* 4.*c. fin.*32.*q. Sic super eo de usur.*

8. Bonum publicum privatorum commodis anteponitur, *N.*39.*c.*1.*pr. Vers. Sancimus arg. l.* 17.*par.7.de captiv. & postl.* l.39.*de relig.*

9. Boni præmiis afficiendi, mali coercendi pœnis sunt, l.1.§.1.*de just. & jur.*

T 5 10. Bo-

10. Bonus qvilibet in dubio præsumitur, *l. 51. pro soc. l. 18. § qvi dolo ff. de probat. cap. un. de scrutin. in ord fac. c. dudũ* 16. *& c. ult. de præsũt.*

Casus. 1. Casus omissus habetur pro omisso, *l. 10. ff. de lib. & posth. cap. inter. 2. De translat. Episc. cap. dilectus.* 18. *de offic. ord. cap. is qvi* 58. *de sentent. excomm.*

2. Casus omissus à nova dispositione intelligitur secundùm jus antiqvum, *l. 64. § 9. Sol matrim. l. 10. de lib. & posth.*

3. Casus omissus à partibus intelligitur secundùm dispositionem juris communis *l. 10. de lib. & posth. l. 12. de judic. l. 6. de cond. ob. caus. l. 22. Solut. matr. l. 7. C. de fideic. cap. cùm venerabilis* 7. *de relig. dom.*

4. Casus exceptus firmat regulas, in contrarium, l. 1. §. *f. ff.* de *pen. leg. l. 2. §. 43. De fund. leg. cap. 2. de conjug. scpr.*

5. Casus major ac vis divina aut alia qvæ sine culpa accidunt à nemine præstantur, *l.* 23. de *R. J. l. 6. C. de sign. act.* l. 1. *C. commod. l. 2.* de *adm. rer. ad civ. pert. l. 30. §. ult. Locat. c. 21.* de *R. J.*

6. Casus fortuiti regulariter spectant ad Dominum, l. 6. *C. de pign. act. l. 5. §. 2. in fin, ff. Commod. l. 1. C. depos.*

Causa. 1. Causa ex una datum, si illa causa non seqvitur, revocatur, *l. 3. ff. de cond. caus. dat.*

2. Causa finali cessante vel deficiente cessat ejus effectus, *l. 6. §. 2. ff. de jur. patr. l. 40. de her. inst. l. 52. C.* de *Episc & Cler. l. 6. Cod.* de *pact. int. emt. c. magna 7. in fin.* de *voto c.* 60 de *appellat.*

3. Causa limitata limitatum producit effectũ, ... *l. 16.*

l.16 de A.R.D.l.63.contr.emt.l.2. de iis qvæ in test.d.l.2.de serv.export. l.77. §20.d. leg.2.l.3. C.de transact.cap.ea noscitur 13. de sent.exc.

4. Causa proxima magis attenditur, qvàm remota, *l.10.§.6.De vulg.& pup.subst. l.55. in fin. de leg.3.l.6.§.3.de procur.*

5. Causa naturalis potentior est qvam accidentalis, *l.3.de tutel.l.23.de lib. & posth. cap. præsenti 34.§.idem.De præbend.in l.6.*

7. Qvicqvid ex causa fieri debet, id causæ cognitione opus habet, *l. in causa verb. cognita causa ff. de minor.*

CAVILLATIO. 1. Ea est natura cavillationis, qvam Græci σωρίτην (*id est acervalem syllogismum*) appellant, ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes disputatio ad ea, qvæ evidenter falsa sunt, perducatur, *l.65.de R.I.*

CESSIO. 1. Omne qvod est transmissibile, est etiam cessibile, *l.42.de adm. tut.*

2. Cessionarius utitur jure cedentis, *l. 5. C.de hered. vend.*

CHARITAS. 1. Charitas bene ordinata incipit à se ipso, *l.14.de præscr.verb.l.6.C. de serv. & aq.can.non satis.24. dist.86. can. si non licet. 9.caus.23.q.5.c. nisi specialis 3.De auctor.& us. pall. c.dilecto 25. de præbend.*

CIRCUITUS. 1. Circuitus inutiles sunt vitandi, *l.53.de cond. in deb.Clem. auditor.de rescript.*

CIRCUMSTANTIÆ. 1. De singulis circũstantiis subtiliter est inqvirendũ, *cap.licet 9 de probat.*

2. Circumstantiæ variant rem, *l.26.§.12.vers. Celsus ff. de cond. ind.*

3. Circumſtantia temporis magis attendenda venit qvàm loci, *l. 5. ff. de incend. ruin.*

CIVITAS. 1. Civitatis qvæ ſunt, non ſunt ſingulorum, §. 6. *Inſt. de R. D.* l. 6. §. 1. *ff. de R. D. cap. Epiſcopus* 58. §. *qvi manumittitur cauſ.* 1. *q.* 2. l. 7. §. 1. *qvod univ. nom.*

2. Civitates ſunt loca privatorum & prorſus eodem jure gaudent, l. 10. *ad munic.* l. 16. *de V. S. l. 9.* § 1. *Qvod. met. cauſ.*

3. Civitas æqviparatur minori & læſa reſtitutionem habet in integrum, ut minor, l. 4. *C. qvib. ex cauſ. maj.* l. 3. *C. de jur. Reipubl. l.* 1. *C. de offic. ejus qvi vic. alic. jud.*

CLAM. 1. Vi factum id videtur eſſe, qva de re qvis cùm prohibetur, fecit; clam, qvod qvisqve cùm controverſiam haberet, habiturumve ſe putaret, facit, l. 72. §. 2. *de R, I,* l. 1. §. 5. *& ſeqq. ff. qvod vi aut clam.*

2. Qvi clam delinqvunt magis delinqvunt, qvàm qvi palam, *per* l. 54. *de adm. tut. l. ult. de rit. nupt.* l. 4. *C. de ſumm. Trinit. Auth. ſed novo jure C. de ſerv. fugit.*

CLAUSULA. 1. Clauſula poſita ad determinationem actus principio poſita, porrigitur etiam ad actus ſeqventes;

tes, *l.* 12, §. *f. l.* 30. §. *f. l.* 31. de *leg.* 1. *l.* 77. §. *f.* de *leg.* 2. *l.* 3. §. *filius ff. de lib. & post.*

1. Clausula qvælibet secundum naturam & mentem actus principalis intelligi & restringi debet, *c.* 42. *de R.J. in* 6. *l.* 4. de *usur. l. f.* de *const. pecun.*

3. Clausula in fine posita regulariter refertur ad omnia præcedentia, *l.* 1. *in fin.* C. de *lib. præt. l.* 3. §. 3. de *lib. & posth. c.* 21. *de accus.*

4. Clausula universelis tantum operatur qvoad omnia: qvantum parricularis qvoad singula, *l.* 51. *in fin. de adm. tut. l.* 65. §. 7. *ff. pro soc. l.* 85. *pr. de usur. l.* 66. *de acq. her. l.* 10. C. *fam. erc. l.* 2. C. *de qvadr. præscr.*

COACTIO. 1. Paria sunt aliqvid fieri coacte, vel timore coactionis, *l.* 7. §. 1. *ubi Bald. ff. qvod fals. tut.*

2. Coactiones difficiles habere solent exitus, *c.* 10. *c. reqvisivit. de sponsal.* 22. *de rit. nupt.*

3. Coacta voluntas est etiam voluntas, *l.* 21. §. 5. *Qvod met. caus.*

COGITATIO. 1. Cogitatinois pœnam nemo pati cogitur, *l.* 18. *de pœn. cap. cogitatio* 20. *dist.* 1. *de pænit. l.* 15. §. *abduxisse ff. de injur. l.* 5. *in fin. ff. qvod qvisq. jur.*

COGNATIO. 1. Jura sangvinis nullo jure civili dirimi possunt, *l.* 8. *de R. J. l.* 4. §. *pen. de grad. aff. tit. Inst. de leg. agn. tut. in fin.*

COMMODUM. 1. Commodum, à qvo qvispiam excluditur certæ cujusdam personæ con-

contemplatione, applicatur ei, cujus contemplatione ille est exclusus, *l. 5. §. 2. ff. de his quæ ut ind. l. 21 §. 7. de collat. bon. l. pen. C. de legat. l. 9. C. de suis & legit.*

2. Unicuiqve licet vigilare pro commodo suo etiam in alterius damnum, *l. 24. in fin. l. 6. §. 7. ff. quæ in fraud. cred. l. 8. C. de serv. & aq. l. 1. §. 2. l. 2. §. 9. de acq. pluv. l. 1. §. 7. Ne quid in flum. publ. l. 1. C. de alluv.*

3. Secundum naturam est commoda cujusq; rei eum seqvi, qvem seqvuntur incommoda, *l. 10. ff. de R. I. l. 18. de usufr. l. 1. §. ult. de aq. & aq. pluv. l. 7. de per. & comm. rei vend. §. 4. Inst. de R. D. l. 12. par. 19. de act. emt. l. 12. C. eod. l. C. de solut.*

4. Ex qva persona qvis lucrum capit, ejus factum præstare debet, *l. 149 de R. I.*

COMMUNE. 1. In re communi plures unius vicem sustinent, ejusdemqve omnino juris censentur, *l. 10. de pact.*

2. Res communes plerumqve neglectui esse solent, qvasi alienæ, nisi certus his rebus administrator præficiatur, l. 2. *C. qvand. & qvib. qvart. pars,*

3. Communio regulariter parit discordias, & ideo solet dici, qvod nemo cogitur stare in communione, *l. 26. par. de cond. ind. l. 26. vers. propter de S. V. P.* l. 77. *par. 20. de leg. 2. l. 34. par. 2. C. de donat.*

4. Comune qvod est, meũ non est, l. 68. *pro soc.*

5. Communi in re melior est conditio possidentis, l. 28. *comm. div. l. 11. de serv. rust. præd. c. 56. de R. I. in 6.*

CON-

CONCESSIO. 1. Omnis concessio dicitur facta præsuppositis terminis habilibus & subintellecto convenienti modo, *l.43. de procur.* l.11. *par.1. de mun. & hon.*

2. Qvod in uno concessum est, in aliis denegatũ videtur, *c. 84. de R. I. in 6.* l. 21. *par. 2. de ut & cur.*

3. Concessio generalis & universalis cuncta complectitur & nihil excludit, l. 68. *de leg.* l. 1. *par. 3. de aleat. l. f. par. uxori ff. de aur. leg.* l. 13. *C. mandat.*

4. Concessũ dicitur qvicqvid expressè prohibitum non reperitur, l. 38. *par. 2. Ex qv. caus. maj.*

5. Concessum ad tempus post illud censetur denegatum, l. 27. §. 1. *ff. de pact.* l. 8. *de postul.*

6. Concessum ad tempus limitatum, ultra illud non extenditur, l. 11. *par. Srichum de leg. 2.* l. 1. *par. si mulier. de lib. agnosc.*

CONDITIO. 1. Conditio formam non levem inducit, qva omissa dispositio non sortitur effectum, l. 44. l. 55. *de cond. & dem.*

2. Conditio nihil ponit in esse, & ideo actus conditionalis non valet, nisi existente conditione, l. 8. *Si qvis omiss. caus.* l. 213. *de V. S.* l. 37. *de contr. emt.* l. 25. *de her. inst.*

3. Conditione pendente actus nõ dicitur perfectus, suspendit enim conditio actum in effectũ, vel eventũ conditionis, l. 169. *par. 1. de R. I par. 5. l. de V. O.* l. 213. *de V. S.* l. 7. *de contr. emt. 4. l. eod.*

4. Conditione deficiente, contractus celebratus censetur resolutus ab initio, l. 8. §. 1. *de per. & comm.* l. 36. *Si cert. pet.*

5. Con-

5. Conditio frustrà expectatur, cujus eventus nihil debet operari, *l.* 33. *de her. inst. l.* 52. §. *f. de acq. her.*

6. In conditionibus attenditur prima existentia, & non successio, *l.* 2. *c. de instit. & subst.*

7. Conditiones plures unius loco habentur, & omnibus parendum, *l.* 5. *de condit. instit. l.* 213. *de V. S. l.* 44. *de cond. & dem. l.* 13. *ff. judic. solv. l.* 63. *de V. O.*

8. Conditio, quæ semel evanuit, non amplius reviviscit, *l.* 4. *ubi Dd. C. quand. dies leg.*

9. Conditio habetur pro impleta, cùm per eum, cujus interest conditionem non impleri stetit, qvo minùs impleatur, *l.* 7. *de contr. emt. l.* 24. *de cond. & dem. l.* 161. *de R. I. l.* 91. *cod. de solut. & lib. l.* 6. *cod. de usur. l. f. cod. de pign. l.* 7. *de usur.*

10. Qvi potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur, *l.* 174. *de R. I. l.* 7. *de contr. emt. l.* 50. *eod.*

11. Conditiones & qvalitates non possunt de casu ad casum, multò minus verò de persona ad personam trahi, *l.* 46. *par. pen. de V. O.*

12. In bonæ fidei contractibus conditione in arbitrium domini vel tertii collatâ, pro boni viri arbitrio id habendum est, *l.* 22. *par.* 1. *de R. I. l.* 7. *pr. de contr. emt. l.* 24. *princ. locat.* Qvod si ergo iniqvum sit illud arbitrium, vel contrahentis, vel tertii, corrigendum id per judicium bonæ fidei, *l.* 76. *& seqq. ff. pr. soc.*

CON-

CONFESSIO. 1. Confessio est interpretanda secundùm mentem confitentis, *l.* 66. *de judic. l.* 21. C. *de prob.*

2. Confessionem unius cedere damno alterius absurdum est, *l.* 28. *ad SC. Vell. l.* 48. *Mandat. l.* 3. *par.* 1. *Ad SC Syllan.*

3. Confessus habetur pro judicato, *l.* 1. *ff. de confess. l.* 25. *par.* 3. *ad L. Aq.*

4. Confessum esse qvem vel convictum sunt paria, l. 16. C. *de pœn. l. fin.* B. *de custod. reor.*

5. Confessio est probatio omnibus melior, & efficacior, qvæ fieri possit, *l.* 9. C. *de probat. l.* 14. C. *de R. V. l.* 13. C. *de non num. pec. cap. per tuas* 10. *de probat. cap. si cautio* 14. *de fid. instrum.*

6. Confessio erronea non nocet, & confiteri non videtur, qvi errat, *l.* 2. *de confess. l.* 7. C. *de jur. & fact. ignor.*

7. Confiteri non censetur adversarii agentis intentionem, qvi ad excludendum jus actoris exceptionem opponit, *c.* 63. *de R. I. in* 5.

CONFIRMATIO. 1. Confirmans actum, nihil innovat vel novi dat, *cap.* 1. *de confirm. util. & inut. c. inter dilectos* 6. *§. porrò. De fid. instr.* Sed confirmatio addit tantùm robur confirmato, l. 28. *dar.* 5. *de lib. leg.*

2. Qvod non est, confirmari non potest, *c.* 6. *de concess. prab. l.* 6. *de prear. l.* 24. *rem. rat. hab.*

3. Confirmatio specialis plus roboris habet, qvàm generalis, *c. bona* 3. *de confirm. util.*

4. Con-

4. Confirmatio generalis non trahitur ad illicita, vel ipso jure nulla, *l.* 32. §. 2. de *donat. int. vir. & ux.*

CONJECTURA. 1. Conjecturis non est opus in claris, & præsumtio cedit veritati, *l.* 15. §. *cùm in ff.* de *leg.* 3. *l.* 60. *cod. l.* 137. §. *cùm ita ff.* de *V. O. l.* 2. *C.* de *legib.*

CONSENSUS. 1. Consentire dicitur, qvi qvando actum prohibere potest, non prohibet, multò magis si verbis expressis dicit, se non prohibiturum, *arg. l.* 2. & 3. *ff.* de *nox. act. l.* 83. §. 7. *ff. Locat. can. non inferenda* 17. *can. qvi potest*, 8. *c. ult.* 23. *q.* 3. *c. sicut.* 3. §. *illi* de *homicid. c. dilecto* 6. de *sent. excomm. in* 6.

2. Consensus qvibusvis verbis imò etiam facto & nutu declaratur, *l.* 7. §. *ult. de suppell. leg.* l. 14. *de R. I. l.* 2. *de pact. l.* 21. *de leg.* 3. *l.* 22. *C. de fidei. comm.*

3. Tacens pro consentiente regulariter habetur cùm de commodo tacentis agitur, *c.* 43. *de R. I. in c. arg. l.* 40. *de pact.* Qvando de tacentis præjudicio seu obligatione agitur, tunc tacens pro consentiente demum habetur, qvando intercedit aliqvod factum, ex qvo consensus possit elici, sive factum hoc interveniat à parte tacentis, sive alterius. *l.* 18. *Mandat. l.* 6. *C. eod. l.* 4. §. *f. de fidej.* l. 1. §. *f. Naut. caup. stabul. Hahn. ad* Wes. *de pact. n.* 7.

4. Consensus frustra reqviritur ab eo, qvo etiam invito actus perfici potest, l. 3. *de R. I.* l. 101. *pr. de cond. & dem. l.* 17. §. 4. *de adil. edict.* l. 4. *de acq. her.*

5. Con-

5. Consensus nunqvã præjudicat, sed omni effectu caret, si actus, super qvo interponitur, sit ipso jure nullus, *l.5.§.f.qvib. mod. pign. solv. l.1.C. de remiss. pign.*

6. Consensus non trahitur ad ignorata & non cogitata, *l.15. de jurisd. l.10. de donat.*

7. Velle non creditur, qvi obseqvitur imperio patris vel domini, *l.4. de R. I.*

8. Nihil consensui tam contrarium est, qvi bonæ fidei judicia sustinet, qvàm vis atq; metus, qvem comprobare contra bonos mores est, *l. 116. de R. I. l.1. Qvod met. caus.*

9. In totum omnia, qvæ animi destinatione agenda sunt, non nisi verâ & certâ scientiâ perfici possunt, *l.76 de R. I. l.32.§.1. de acq. her.*

Conseqvens. 1. Conseqvens qvi vult, vult etiam suum necessarium antecedens, *l.19. l.62. de procurat. l.46. §. qvi alio ff. eod. l.77. de acqvir. her. l.1. dar. 1. Si usufr. l.6. de alim. leg. l.2. de jurisd. §.2. Inst. ex qv. c. man non sit.*

2. Conseqventi destructo destruitur antecedens, *l.2. par. mutui datio de reb. cred.*

Consilium. 1. Consilium habuisse non nocet, si non seqvatur effectus, *l.53. in fin. de V. S. l.13. de pœn.*

2. Consilii natura est, ut qvamvis excitet ad deliberandum, non tamen obsignet ad seqvendũ, *l.77. par. mando. de leg.2. c.7. de arbitr.*

3. Consilii non fraudulenti nulla est obligatio. Cæterùm si dolus & calliditas intercessit, de dolo actio competit, l.47. *de R. I. l.12. par.12. Mandat. l.19. pr. de ædil. edict. l.37. de dol. l.7.*

par.

par. ult. eod. l. 2. par. f. l. 10. par. 7. Mandat. par 6. l. eod. l. 1. par. 14. Depos. l. 2. de proxen. l. 24. de R. V. l. 15. de transact.

4. Nemo poteſt mutare conſilium ſuum in alterius injuriam, *l. 75. de R. I. c. 33. eod. in 6. l. 1. par. 17. l. 9. de ſeparat.*

5. Conſilium mutare in melius ſapientis eſt, *l. 7. de collat. bon. pr. Inſt. de legat.*

CONSVETUDO. 1. Conſvetudo qvælibet iniqva reprobatur, *N. 134. c. 1. l. 26. §. 1. C. de uſur. l. 33. de adult. l. 32. §. 8. de adm. tut. l. 13. §. ult. de injur.*

2. Conſvetudo parem vim habet cum lege, *l. 33. de legib. §. 9. Inſtitut. de jur. nat. gent. & civ. l. 2. Cod. qvæ ſit long. conſvet.*

3. Conſvetudo eſt optima legũ interpres, *l. 23. de legib. l. 37. eod. c. cum dilectus. x. de conſvet.*

4. Conſvetudo eſt interpretativa contractuum, *l. 31. par. 20. de adil. edict. l. 34. de R. I.*

CONTRACTUS. 1. Contractus in dubio cenſetur celebratus ſecundùm conſvetudinẽ loci, *l. 9. par. 8. de reb. cred.* ac is contractus initus cenſetur, qvi magis in provincia, ubi contractum eſt, freqventatur, *Vid. l. 48. de evict. c. 4. par. fin. de publican. Gail. 2. obſervat. 8. num. 6. Joh. à. Sande l. 3. t. 6. def. 10.*

2. In contractibus bonæ fidei magis contrahentium voluntas, qvam verborum conceptio inſpicitur, *l. f. C. qvæ res pign. l. 6. §. 1. de contr. emt. l. 34. de R. I.* Aliud obtinet in contractibus ſtricti juris, *l. 99. de V. O. l. 2. de O. & A.*

3. Qvi-

3. Qvilibet contractus talis in essentia esse præsumitur, qvalem figura literarum ostendit, *l.*18. *C. de probat. l.* 3. *Cod. plus vel qvod agit.*

4. Contractus est irrevocabilis, *l.*5. *de O.& A. l.* 10. *Cod. de lib. caus. l.*3. *C. de resc. vend. Auth. Sacramenta C. Si adv. vend. l.*1. *de pact. l.* 1. *de constit. pecun.*

5. Contractum in dubio semper interpretamur de eo, qvi minùs onerosus est debitor, *l.* 21. *de contr. emt. l.* 26. *de reb. dub.*

6. Contractus ex conventione partium legem accipiunt, *l.* 34. *de R. I. l.* 1. *par.* 6. *Depos. l.* 10. *C. de pact. conv. l.* 1. *C. de op. lib. l.* 1. *C. commod. cap.* 85. *de R. I. in* 6.

7. Contractus claudicare non potest, qvia debet esse obligatorius hinc inde, *l.*13. *par.* 27. *de act. emt. l.* 21. *par. pen. de rec. arb. l.*19. *de V. S.*

8. Contractus non debet operari ultra intentionem agentium, *l.*19, *Si cert. pet. l.* 16. *de A. R. D. l.*2. *de his qvæ in test. del. l.* 19. *de leg.* 1. *l.* 3. *C. de transact.*

9. Contractus sunt ab initio voluntatis, ex post facto necessitatis, *l.* 12. *in fin. C. de contr. emt. l.* 22. *par.* 11. *Mandat. l.* 9. *pr. de cur. fur. l.* 5. *C. de act. & obl. l.* 3. *C. de resc. vend. l.*39. *Cod. de transact. l.* 35. *par. f. C. de donat.*

10. Omnis contractus intelligitur rebus sic stantibus, *l.* 127. *par.* 6. *de V. O. l.* 54. *par. inter ff. Locat.*

11. Contractus recipiunt interpretationem ex tacita mente contrahentium, *l.* 52. *de V. O.*

12. In

12. In contractibus omissum habetur pro omisso, l. 96. *de V. O.*

13. Contrahentes videntur se conformare cum jure, l. 34. *par. inter ff. locat. Menoch. conf.* 113. *n.* 17.

14. Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit esse nostrum, l. 159. *de R. I.* l. 3. *par.* 4. *de aqc. poss.* l. 4. *de contr. emt. par.* 10. *Inst. de leg. par.* 14. *Inst. de act.*

15. Neqve pignus, neqve depositum, neqve precarium, neqve emtio, neqve locatio *rei sua* consistere potest, l. 45. *de R. I.* l. 19. *de pign. act.* l. 4. *par.* 3. *de precar.* l. 21. *de usucap.* l. 34. *par.* 4. *de contr. emt.* l. 15. *depos.* l. 40. *par ult. de acq. poss.* l. 16. *de contr. emt.* l. 37. *de cond. indeb.* l. 20. *C. de locat. cond.*

16. Qvod nullius esse potest, id ut alicujus fieret, nulla obligatio valet efficere, l. 182. *de R. I. par.* 2. *Inst. de inutil. stipul. par.* 5. *Inst. de emt. vend.*

17. Qvi cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus, l. 19. *de R. I.* l. 1. *P.* 3. *de instit. act.* l. 15. l. 28. l. 86. *de solut. t. t. ff. Q. d. fals. tut.* l. 16. *de dol. except.*

18. Nihil tam naturale est, qvàm eo genere qvicqvam dissolvere, qvo colligatum est: ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur, l. 33. *de R. I.*

19. Omnia qvæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt, l. 100. l. 153. *ff. de R. I.*

20. Sem-

20. Semper in ſtipulationibus & cæteris contractibus id ſeqvimur, qvod actum, l. 34. *de R. I.* l. 2. *par.* 1. *de her. vel act. vend.* l. 6. *par.* 1. *de contr. emt.* l. 3 *de reb. cred.* aut ſi non appareat, qvid actum eſt, erit conſeqvens, ut id ſeqvamur, qvod in regione, in qva actum eſt, freqventatur, d. l. 34. l. 31. *par.* 20. *de adil. ed.* l. 6. *de evict.* l. 1. l. 37. *de uſur.* l. 3. *C. de ædif. priv.* l. 4. *par.* 1. *de public.* Si verò neqve regionis mos appareat, qvia varius fuit, tum ad id, qvod minimum eſt, redigenda ſumma eſt, l. 34. *de R. I.* l. 9. *ff. eod.*

CONTRARIETAS. 1. Contrarietas eſt vitanda & concilianda in omni diſpoſitione, l. 188. *de R. I. cap. cùm expediat.* 29. *de elect. in* 6.

2. Contraria ſimul eſſe non poſſunt, l. 30. *pro ſoc.* l. 1. *C. de furt.*

3. Contrariorum contraria eſt ratio, & contrarius effectus, l. *f. de edend.* l. 8. *de accuſ.*

4. Contrarium effectum non debent operari inducta ad unum finem, l. 19. *de leg.* 1. l. 34. *par. f. de ſolut.* l. 2. *ante fin. C. de juram. cal. cap. majores* 3. *par. ſed adhuc de Baptiſm.*

CONTRAVENTIO. 1. Contra factum ſuum nemo venire debet, l. 5. *C. de ſerv. pign. dat.* l. 4. *C. de revoc. his qvæ in fraud. cred.*

2. Directa contraventio renunciationem inducit, *c.* 8. *de conſtit. Gail.* 2. *O.* 60. *n.* 10.

CONTUMACIA. 1. Non defendere videtur, non tantùm qvi latitat, ſed & is, qvi præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem, l. 52. *de R. I.* l. 7. *par.* 4. *Qvib. ex cauſ. in poſſ.* l. 11. *par.* 4. *de interrogat. in jur. fac.* l. 63. *de judic.*

2. Qvi

2. Qvi ab adversario impeditur, contumax non est, *l. 1. par. si reum ff. de eo, per qvem fact. N. 53. c. 4. par. 1.*

* COPULATUM. 1. Copulata plura qvando reqviruntur ad aliqvid disponendum, non sufficit unum tantùm intervenire, *l. 5. de condit. inst. l. 129. de V. O. Gail. 2. Observ. 225. n. 8.*

CORRECTIO. 1. Correctio facta præsumi non debet, *l. 27. pr. Cod. de testam. l. 32. par. 2. Cod. de appellat. cap. 1. de constit.*

2. Correctum qvod non est, stare non prohibetur, *l. 32. C. de appell. l. 27. C. de testam.*

CORRELATIVUM. 1. Correlativorum idem est judicium, & eadem disciplina, & de uno depositum trahitur ad alterum, *l. f. de acceptil. l. f. C. de indict. vidvit. l. 20. C. de furt. l. 1. C. per transact. l. 1. C. de cupress.*

CREDITOR. 1. Non fraudantur creditores, cùm qvid non acqviritur à debitore, sed cùm qvid à bonis deminuitur; *l. 134. l. 119. de R. I. l. 56. de O. & A. t. t. & l. 6. ff. qvæ in fraud. cred.*

CULPA. 1. Culpa unius alteri nocere non debet, *l. 22 de neg. gest. l. 27. in fin. eod. l. 33. par. 1. C. de inoff. test.*

2. Culpa suos debet tenere auctores, *l. 22. C. de pæn. cap. 2. De his qvæ fiunt à maj. cap. 5. in fin. de sentent. excomm. in 9.*

3. Culpa ubi non est, ibi non est delictum, *c. cum voluntate. 54. de sentent. excomm. l. 31. ad L. Aqvil. cap. 23. de R. I. in 6.*

4. Cul-

4. Culpa non caret, qvi se immiscet rei ad se non pertinenti, *l.* 36. *de R. I. l.* 25. *de Rei Vind. l.* 8. *par. ult. ad L. Aqvil. l.* 6. *par. pen. de offic. præs. c.* 23. *de R. I. in* 6. *c.* 19. *de homic.*

5. Ejus nulla culpa est, cui parere necesse est, l. 169. *pr. de R. I. c.* 24. *eod. in* 6. *l.* 37. *ad L. Aqq.*

6. Culpâ caret, qvi scit, sed prohibere non potest, *l.* 50. *de R. I. l.* 4. *de nox. act. l.* 4. *C. eod.*

7. Nullum crimen patitur is, qvi non prohibet, cùm prohibere non potest, *l.* 109. *de R. I. l.* 1. *par.* 5. *ff. de his qvi not. infam.*

8. Qvi non facit, qvod facere debet, videtur facere adversus ea, qvia non facit. Et qvi facit, qvod facere non debet, non videtur facere id, qvod facere jussus est, *l.* 121. *de R. I. l.* 4. *Qvæ in fraud. l.* 40. *de judic. l.* 48. *& seqq. ad L. Aqvil. l.* 7. *par. qvi Prætor. ff. de reb. eor. qvi sub. tut.*

9. Imperitia culpæ adnumeratur, *l.* 132. *de R. I. l.* 7. *ad L. Aqvil. l.* 9. *par.* 5. *Locat. l.* 1. *ff. Si mens. fals. mod. l.* 6. *par. Sicuti ff. de offic. Prat. par.* 6. *Inst. de L. Aqv. par.* 7. *par.* 8. *Inst. eod.*

10. Contractus qvidam dolum & culpam recipiunt ut mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum: item dotis datio, tutelæ, negotia gesta: in his qvidam & diligentiam. Societas & rerum communio & dolum & culpam recipit. Sed hæc ita, nisi si qvid nominatim convenit, vel plus vel minus in singulis contractibus, nam hoc servabitur, qvod initio convenit: legem enim contractui

 dedit,

dedit, l. 23. *de R. I.* l. 18. *pr. Commod.* l. 31. l. 36. *de act. emt.* l. 5. *par. sed ubi. ff. commod.* l. 25. *par.* 4. *Locat.* l. 25. *par. maritum D. solut. matr.* l. 17. *de jur. dot.* l. 5. *par. nunc videndum. ff. commod. par. ult. Inst. qvib. mod. re contr. obl.* l. 14. l. 25. *de pign. act.*

DARE. 1. Non videntur data, qvæ eo tempore, qvo dantur, accipientis non fiunt, l. 167. *de R. I.* l. 29. *par.* 3. *de leg.* 3. l 75 *par. ult. de V. O.*

DAMNUM. 1. Damnum qvod qvis sentit suâ culpâ, sibi, non aliis, imputare debet, *c.* 86. *de R. I.* l. 203. *d. t.* l 6. *par.* 5. *de procur.* l. 7. *par.* 1. *de damn. inf.* l. 44. *eod.* l. 52. *par.* 1. l. 31. *ad L. Aqv.* l. 55. *pr.* l. 29. *par.* 1. *de evict.* l. 52. *par.* 3. l. 59 *par.* 2. *ff. pro soc.* l. 22. *de neg. gest.*

2. Nemo damnum facit, nisi qvi id facit, qvod facere jus non habet, l. 151. *de R. I.* l. 49. *par.* 1. *ad L. Aq.* l. 13. *par.* 1. *& seq. de injur.* l. 2. *par. si qvis à ff. ne qvid in loc. publ.*

3. Damnum dedisse videtur, qvi occasionem damni dat, l. 4. *par. hoc autem. ff. de vi bon. rapt.* l. 11. *par. ult.* l. 57. *in fin. ff. locat.* l. 15. *ad L. Corn. de sicar.* l. 30. *par.* 3. *ad L. Aqvil. cap.* 11. *De homicid.*

4. Is damnum dat, qvi jubet dare; ejus verò nulla culpa est, cui parere necesse est, l. 169. *ff. de R. I.* l. 15. *par.* 1. *ad L. Corn. de sic.* l. 7. *par.* 8. *de jurisd.* l. 5. c. *de accus.* l. 11. *par. si mandatu. C. de injur. c.* 24. *de R. I. in* 6. l. 37. *ad L. Aqv.*

5. Damnum qvi sentit, debet sentire & lucrū, & contrà, l. 10. *de R. I.*

6. Jure naturæ æqvum est, neminem cum alterius

terius detrimento & injuria fieri locupletiorem, *l. 206. de R. I. l. 12. par. ult. l. 14. de cond. indeb. l. 38. de petit. her. l. 5. par. pen. de impens. in res dot. l. 45. par. 12. de jur. fisc.*

7. Non debet alteri per alterum iniqva conditio inferri, *l. 74. de R. I. l. 3. j. & j. l. 23. C. de pact. l. 26. de pæn. l. 1. de aq. pluv. arc l. 1. ff. de alien. jud. mut. caus. fact. l. 5. par. si plures ff. de nov. op. nunc.*

8. Factum cuiqve suum, non adversario nocere debet, *l. 155. de R. I. l. 5. de op. nov. nunc. l. ult. de SC. Syll. l. 3. par. item ff. de dol. exc. l. 6. par. fide jurej.*

DEBITOR. 1. Debitor nemo potest esse sui ipsius, *l. 88. de fidej.*

2. Id qvod debetur ex pluribus causis, semel tantùm acqviri & obtineri potest, *l. 156. de R. I. l. 14 par. 2. de except. rei jud. l. 3. par. 4. de acqvir. poss. l. 3. de pet. her. l. 108. par. 4. de l. 1.*

DECIPERE. 1. Decipi non reputatur ille, qvi scit se decipi, *l. 1. par. 6. de ædil. ed.*

2. Qvi sciens decipit ignorantem, omne detrimentum tenetur resarcire, *l. 13. pr. de act. emt.*

3. Deceptis non decipientibus jura opitulantur, *l. 2. §. Sed ita ff. ad SC. Vellej.*

4. Qvi se mutuò deceperunt, invicem non agunt, *l. 36. de dol.*

DECLARATIO. 1. Declaratio nihil de novo confert, & declarans nihil novi dat, *l. 21. par. 1. de testam. l. 7. par. 7. de A. R. D.*

DECRETUM. 1. Decretū qvodcunq; fit, reqvirit causæ cognitionem, *l. 9. par. 1. de offic. proc.*

DEFENSIO. 1. Defensio est juris naturæ, *l. 4. ad L. Aqvil. l. 1. par. 11. Si qvadrup. l. 1. par. 27. ff. de vi arm.* & nemini auferend. l. 3. *de just. & jur.*

2. Invitus nemo cogitur defendere, *l. 156. de R. I. l. 43. par. 6. ff. de procur.*

3. Non defendere videtur, non tantùm qvi latitat, sed & is, qvi præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem, l. 52. *de R. I.*

4. Nemo dubitat, solvendo videri eum, qvi defenditur, *l. 95. de R. I.*

DEFINITIO. 1. Omnis definitio in jure civili periculosa est, parum est enim, ut non subverti possit, l. 201. *de R. I.*

DELICTUM. 1. Delictum qvi permittit ipsemet delinqvit, *l. 60. par. 6. Locat. l. 2. de assess. Auth. credentes. Cod. de hered.*

2. Delictum unius non debet alterius esse præmium, l. 15. *pr. ad SC. Syllan.*

3. Paria delicta mutuâ compensatione tolluntur, *l. 39. Solut. matrim. l. ult. cod. de compensat. l. 10. par. qvoties eod.*

4. Ex delicto suo nemo debet lucrari, *l. 134. par. 1. de R. I.*

5. Delicta puniri publicè interest, & expedit Reipubl. ne maneant impunita, *l. 51. par. qvod si in fin. ff. ad L. Aqvil. leg. 6. par. 5. de publican. leg. 13. de off. præf. l. 95. par. tametsi ff. de solut.*

6. Delicti paritas paritatem pœnæ reqvirit, *l. 32. ad L. Jul. de ad ult. l. 30. in fin. C. de Episc. & Cler.*

7. De-

7. Delicta debent tenere suos auctores, *l.* 22. *C. de pœn. l.* 33. *par.* 1. *C. de ineff. test. l. f. ad SC. Syllan.*

8. Delicta ex voluntate & proposito distingvuntur, *l.* 14. *ad L. corn. de sic. l.* 53. *de furt.*

9. Delictum in dubio non debet facilè præsumi, & ideo actus, qvi potest sonare in delictum & non delictum, semper interpretatur, ut absit delictum, *l.* 51. *pro soc. l.* 4. *par.* 12. *de Vi bon. rapt. c.* 2. *de R. I. in Decretal. cap. ult. de præsumt.*

10. Ferè in omnibus pœnalibus judiciis, & ætati & imprudentiæ succurritur, *l.* 108. *de R. I.*

11. Qvi vetante Prætore fecit, hic adversus Edictum fecisse propriè dicitur, *l.* 102. *de R. I. l.* 19. *de Rec. arb.*

12. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest, *l.* 134. *par.* 1. *de R. I. l.* 3. *par. si mecum ff. ad exhib. l.* 3. *par.* 1. *de don. int. Vir.*

13. Nunqvam crescit ex post facto præteriti delicti æstimatio, *l.* 138 *par.* 1. *de R. I. l.* 30. *par. ult. ad L. Aqvil. l.* 9. *l.* 28. *de furt.*

14. In pari delicto melior est causa possessoris, *c.* 65. *de R. I. in* 6. & ideo adversus exceptionem doli, non datur actori replicatio doli, *l.* 154. *pr. de R. I. l.* 4. *par.* 23. *de dol. exec. l. ult. par. pen. De eo per qvem fact. l.* 1. *par. ult. l.* 8. *Ne qvis eum qvi in jus voc. l.* 36. *de dol. l.* 57. *par.* 3. *de contr. emt. l.* 40. *par.* 1. *de damn. inf.*

15. Si duo in pœnam inciderint ex pari delicto, cessat pœnæ petitio, l. 154. *pr. & par.* 1. *de R. I. l.* 36. *de dol. l.* 54. *par.* 1. *locat.*

16. Actiones ex delicto non transeunt in heredes, *l. un.* C. *ex del. def. l.* 22: *C. de pœn.*

DEMONSTRATIO. 1. Demonstratio vice nominis fungitur, *l.* 6. *de reb. cred.*

2. Demonstratio falsa non vitiat dispositionem, *l.* 17. *de condit. & dem. l.* 4. *de eg.* 3.

3. Demonstratione falsa rei veritas non immutatur, *l.* 5. *ubi Obrecht.* C. *de jur. & fact. ign.*

DEPORTATIO. 1. Ea sola deportationis sententia aufert, qvæ ad fiscum perveniunt, *l.* 97. *de R. I. Auth. Bona* C. *de bon. proscript. l.* 3. *de interd. & releg. l.* 4. *de jur. patron. Novell.* 134. *c. ult.*

DIES. 1. In omnibus obligationibus, in qvibus dies non ponitur, præsenti die debetur, *l.* 14. *de R. I l.* 213. *de V. S. l.* 41. *de V. O. par.* 2. *Inst. de V. O. l.* 42. *par.* 1. *ff. de constit. pec. l.* 10. *de solut. l.* 105. *eod.*

2. Dies incertus conditionis instar est, *l.* 12. *par. ult. de leg.* 2. *l.* 56. *de cond. ind.*

3. Dies in dubio semper censetur favore debitoris adjectus, *l.* 12. *de R. I. par. omnis Inst. de V. O. l.* 41. *ff. eod.*

4. Dies interpellat pro homine, ideo obligatus aliqvid implere in certo termino, lapso termino dicitur in mora, *l.* 12. *C. de contr. stipul. l.* 23. *de O. & A. l. ult. de naut. fœn. l.* 9. *par.* 1. *de usur. l.* 4. *par* 5. *de Leg. Comm. l.* 12. C. *de stip.*

5. Dies

5. Dies termini non computatur in termino, *l.* 101. *de R. I. c.* 1. *de rest. spol. in* 6.

6. In favorabilibus dies inceptus habetur pro completo, l. 1. *de manum. l.* 15. *de testament. l.* 15. *de div. & temp. præscript.*

7. Res futuras non ante petere cum effectu potieris, qvam si per rerum naturam præstari possint, *l.* 168. *de R.I. l.* 73. *pr. de V. O. l.* 14. *eod.*

8. Tempore solutioni faciendæ adjecto, nisi eo præterito *efficaciter* peti non potest, *l.*186. *de R. I.* §.2. *I. de V. O. l.*213. *de V. S. par.* 10. *Inst. de except. l.* 49. *in fin. de V. O.*

9. Debitor invito creditori ante diem solvere potest, l. 17. *de R. I. l.* 38. *par.* 16. *l.* 41. *par.* 1. *de V. O. l.* 137. *par.* 2. *ff. eod. par.* 2. *l. eod.*

DILIGENS. 1. Diligens & fidelis qvilibet in officio suo præsumitur, l. 2. *vers. qvod non arbitramur. C. de offic. civ. jud. l.*1. *pr. C. de suscept. præt.*

2. Diligenti & vigilanti nihil est imputandum, *l.* 5. *par.* 4. *C. de temp. app. l.* 12. *C. de agric. l.* 3. *C. de allun.*

DISPOSITIO. 1. Dispositio contra pietatem, verecundiam & jus ipsum facta nullius est momenti, *l* 5. *c. de LL. l.* 15. *de condit. inst.*

2. Disponere de re sua qvilibet potest, *l.* 14. *C. de contr. emt.* l. 21. *C. mandat.*

3. Dispositio omnis intelligitur rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, *l.* 8. *de cond. ob caus. l.* 43. *pr. de vulg. subst. l. f. C. de Sponsal. c.* 31. *caus.* 16. *q.* 2.

4. Di-

4. Dispositio non habet locum, ubi verba non conveniunt dispositioni, l. 4. *par. 6. de damn. inf. l. 21. de mil. test.*

5. Dispositio omnis intelligitur & inspicitur, prout verba diriguntur, *l. 75. par. 1. de leg. 2.*

DISSOLUTIO. 1. Unumqvodqve eodem modo dissolvitur, qvo colligatum est, l. 35. l. 100. l. 135. *de R. I.* l. 5. *de acq. poss.*

DISTINCTIO. 1. Lege non distingvente non nostrum est distingvere, *l. 2. par. 5. de vi bon. rapt. l. 11. C. mand.* §. 3. *I. de leg. agn. tut. l. 29. §. ult. de evict. l. 61. §. 9. Sol. matr.*

DIVINARE. 1. Divinatorius intellectus rejicitur, *l. f. C. de contr. emt.*

DIVIDERE. 1. Divisio est species alienationis, l. 1. *C. comm. utr. jud. l. 2. de fund. dot.* l. 10. *par. ult. Comm. div. l. 7 pr. ff. de reb. eor.* l. 8. *par. Sed si ff. de transact.*

2. Divisio non cadit, nisi ubi est communio, *t. t. ff. & C. fam. erc. & comm. div. l. 6. de reb. eor.*

3. Divisio non fit ipso jure, sed factum & consensus alterius partis, ut accedat necesse est, l. *pen. C. comm. div.*

4. Divisione semel facta amplius hoc nomine agi non potest, *l. 26. par. 4. ff. fam. erc. l. 4. C. de usur. l. 4. C. depos. l. ult. de eo qvod cert. loc.*

DOLUS. 1. Dolus in qvalibet dispositione censetur exclusus, l. 60. *par. 4. Mandat.* l. 12. *Qvæ in fraud. cred.*

2. Dolus nunqvam præsumitur, sed perspicuis

cuis indiciis est probandus, l. 51 *ff. pro soc.* l. 6. c. *de dol. mal.* l. 23. *par.* 1. *de probat. l.* 10. *in f. C. de resc. vend.* Intellige de dolo ex proposito, & qvi causam contractui dedisset.

3. In omnibus iis, qvæ sunt de genere prohibitorum, dolus præsumitur, *c.* 1. *de rescr.* l. 1. *Cod. ad L. Corn. de sicar.* l. *si non convitii C. de injur.* l. 52. *par.* 1. *ad L. Aqv.* l. 2. §. *doli ff. de vi bon. rapt.* l. 3. *par.* 9. l. 44. *mandat.* l. 9 *par.* 1. l. 7. *par. f. de dol.* l. 12. *de dol. exc.*

4. In omnibus actionibus bonæ fidei inest actio de dolo, l. 7. *par.* 3. l. 9. *pr. de dol.* qvemadmodum etiam exceptio doli, l. 21. *sol. matr.*

5. Dolo facere præsumitur, qvi fecit, qvod facere non debuit, l. 7. *de adm. tut.* l. 8. *par.* 9. *Mandat.* l. 41. *ad L. Falc.*

6. Dolo facit, qvi petit, qvod restituere tenetur, *c.* 59. *de R. I. in* 6. l. 173. *par. ult. ff. eod.* l. 8. *de dol.* l. *si socer. par.* 1. *Sol. matr.* l. *si donaturus. ff. de cond. caus. dat.*

7. Dolus unius non debet alteri nocere, l. 7. *ff. pr. de dol.*

8. Dolus nemini debet patrocinari, l. 12. *de dol.* l. 3. *de transact.* l. 69. *de R. V.* l. *pen. in fin. de jur. dot.* l. 51. *de re jud.* l. 31. *de recept.*

9. Dolus ubi non adest, ibi non est delictum pœna dignum, l. 7. *par.* 4. *de jurisd.* l. 23. *par.* 2. *de adil. edict.* l. 20. *Cod. de fals.*

10. Dolus cum dolo compensatur, l. 40. *Sol.*

matr. l. 10. *de compens.* l. 36. *d. dol.* l. 7. *Si qvis om. caus. test.* l. 37. *cod. de liber. caus.* l. 21. *c. de haret. c. ult. eod.*

11. Dolus non fit volenti & scienti, l. 145. *de R. I.* l. 34. *c. de transact.* l. 6. *par. praterea C. qva in fraud. cred.* l. 1. *par. Venditor. ff. de act. emt. par.* 8. *Inst. de furt. par. f. Inst. de injur.*

12. Nullus videtur dolo facere, qvi suo jure utitur, *l.* 55. *de R. I.* l. 6. *par. plane ff. Si qvis em. caus.* l. 1. *par.* 2. *De lib. hom. exh. l.* 1. *par. idem de aq. & aq. pluv.* l. 14. *par. f.* l. 26. *de damn. inf.* l. 3. *cod. de pignor.* l. 2. *ff. Ne qvis in loc. publ. l.* 9. *par.* 7. *Qva in fraud. cred.*

13. Nihil dolo creditor facit, qvi suum recipit, l. 129. *de R. I.* 6. *par.* 7. l. 10. *par.* 16. *Qva in fraud. cred.*

14. Qvi jussu judicis aliqvid facit, non videtur dolo malo facere, qvia parere necesse habet, l. 167. *par.* 1. l. 169. *ff. de R. I. c.* 24. *de R. I. in* 6. l. 4. *pr. de aq. & aq. pluv.* l. 7. *par.* 2. *de minor.* l. 6. *par.* 3. *de his qvi not. infam.* l. 6. *par.* 6. *ff. qva in fraud. creditor.*

15. Non potest dolo carere, qvi imperio magistratûs non paruit, l. 199. *de R. I. t. t. ff. Si qvis jus dic. non obtemp.*

16. Fraudis interpretatio semper in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio qvoqve desideratur, l. 79. *de R. I.* l. 10. *par.* 1. *Qva in fraud. cred.*

17. Generaliter cum de fraude disputatur, non

qvid

qvid habeat actor, sed qvid per adversarium habere non potuerit, considerandum est, l. 78. *de R. I.* l. 10. *par.* 2. *par.* 19. *par.* 20. *Quæ in fraud. cred.* l. 62. *par.* 1. *de R. I.* l. 35. *Inst. de R. D.*

18. Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur, l. 57. *de R. I. conf.* l. 32. *par.* 1. *de evict.* l. 26. *de pecul.* l. 21. *de her. vel act. vend.* l. 29. *par.* 7. *par.* 3. *ff. Mandat.* l. 51. *ff. de re jud.* l. 3. *par. inde De tabb. exh.* l. 3. *par. ubi ff. de duob. reis.*

19. Qvi dolo desierit possidere, pro possidente damnatur: qvia pro possessore dolus est, *l.* 131. *de R. I.* l. 27. *par.* 3. l. 36. *pr. de R. V.* l. 12. *de nox. act.* c. 36. *de R. I. in* 6. l. 25. *par.* 8. *l.* 20. §. 6. *de pet. her.*

20. Semper qvi dolo fecit, qvo minùs haberet, pro eo habendus est, ac si haberet, *l.* 157. *par.* 1. *de R. I.*

21. Parem esse conditionem oportet ejus, qvi qvid possideat vel habeat, atqve ejus, cujus dolo malo factum sit, qvò minùs possideret vel haberet, *l.* 150. *de R. I.*

22. Non capitur, qvi jus publicum seqvitur, l. 16. *par.* 3. *de minor.* l. 22. *locat.* l. 51. *par. pen. de fidejuss.* l. *ult. cod. de in integr. rest.*

23. Contractus qvidam *dolum malum* duntaxat recipiunt; qvidam & dolum & culpam. *Dolum* tantùm, depositum & precarium. *Dolum & culpam*, mandatum, commodatum, venditum, pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia gesta: In his qvidem

& diligentiam. Societas & rerum communio & dolum & culpam recipit, Sed hæc ita, nisi si qvid nominatim convenit, vel plus vel minus in singulis contractibus. Nam hoc servabitur, qvod initio convenit; l. 23. *de R. I.*

24. Non licet pacisci, ne dolus præstetur, l. 23. *in fin. de R. I.* l. 1. §. 7. *Depos.* Puta ante admissum dolum, post admissum licet, *d. l.* 1. §. 7. l. 27. §. 3. *de pact.* l. 4. *codic. de transact.*

25. Non solet exceptio doli nocere his, qvibus voluntas testatoris non refragatur, l. 39. §. 1. *de R. I.*

DOMINIUM. 1. Dominium unius ejusdemqve rei duobus in solidum non cedit, l. 5. §. *ult. Commod.* l. 14. §. 2. *de exc. rei jud.* l. 150. *de R. I.* §. 10. *Inst. de legat.*

2. Qvilibet est rerum moderator & arbiter, §. 40. *de R. D.* l. 21. *C. mandat* l. 8. *C. de jud.*

3. Id qvod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, l. 15. *de R. I.* l. 20. *de A. R. D.*

4. Non videtur perfectè cujusqve id esse, qvod ex casu (*contractu scil. aut ultima voluntate*) auferri potest, l. 139. §. 1. *de R. I.* l. 2. §. 2. *C. comm. de leg.* l. 98. *pr. de solut.* l. 63. *de cond. ind.* §. 1. *Inst. de donat* l. 29. l. 30. *de donat. mor. caus.*

5. Res qvæ sunt ejus cōditionis, ut ex casu à nobis auferri & avocari possint, eo loco & jure censentur interim, ac si perfectè essent nostræ, l. 205. *de R. I.* l. 24. §. *f. de fideic. lib.* l. 13. *C. de man. test.* l. 16. *C. de distr. pign.* l. 6. *de contr. emt.*

6. Res

6. Res extra commercium hominum Constituta, veluti res sacra, religiosa, sancta, in obligationem deduci non potest, *l.182.de R.I.l.83. §.5.de V.O. §.2. in fin. Institut. de inut. stipul. l.9.§.pen.de statu lib.l.34.§.1.l.62.§.1.de contr. emt.§.f.Inst.eod.*

7. Traditionibus & usucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur, l.20.*C.de pact.* Et qvidem traditionibus non nudis, sed qvæ causam habent & titulum, alienationis causam continentem, *l.31. ff.de A.R.D. Gothofr. ad d.l.20. lit. b.*

Domus. 1. Domus sua tutissimum cuiqve debet esse refugium, *l.18.de in jus voc.*

2. Domum suam reficere unicuiqve licet, dum non officiat invito alteri, in qvod jus non habet, *l.61.de R.I.l.3.§.pen. & ult.ff. de itin. actuq; priv.l.1.§.f.de riv.l.8.§.5. Si serv.vind.*

Donatio. 1. Donari censetur, qvod nullo jure cogente conceditur, *l.82. de R.I.l.29. de donat.*

2. Donatio semel extincta non reviviscit, sed extincta manet qvoad omnes effectus, *l.98.§.8. de solut.l.83.§.6 de V.O. l.26.§.f.de jur.fisc.*

3. Donare est perdere, *l.7.de donat. l.25. de probat.l.1.§.2. de ration. distr.*

4. Donare suum nemo præsumitur, *l 25. de probat.l.47.de oper. lib. l.f.C. de novat.*

5. Qvi donare non potest, neqve donanti consentire potest, *l.195.de R.I.l.20.§.si filius ff.de*

pact. l. 3. l. 4. de donat. int. vir. l. 12. Qvæ in fraud. cred.

6. Donator, si convenitur, in id tantùm condemnatur, qvod facere potest, *l. 28. de R. I. l. 33. de jur. dot. l. 19. §. 1. de re jud. §. 38. Inst. de act. l. 173. pr. de R. I.*

Dos. 1. Qvod judicatur de dote, idem & de augmento ejus judicari debet, *Auth. Æqvalitas C. de pact. conv. l. 26. §. 2. de pact. dot. l. 8. C. de jur. dot.*

2. Dos sine matrimonio esse non potest, *§. 12. I. de nupt. l. 3. de jur. dot. l. ult. de don. ant. nupt. l. 24. l. de C. nupt.*

3. Dotis numeratio, non scriptura dotalis, rem facit dotalem, *l. 1. C. de dot. caut. non n. l. 3. C. de non n. pec. l. 15. C.* de *jur. dot.*

4. In ambiguis pro dotibus respondere melius est, *l. 85.* de *R. I. l. 1. Sol. matr. l. 70. l. 9. §. 1.* de *jur. dot. l. ult. C. ad SC. Vell. l. 12. C. qvi pot. in pign. l. 10.* de *jur. fisc.*

Dubium. 1. Dubitans ab ignorante non distat, *l. 22. §. 2. C. de furt. par. 16. l.* de *oblig. ex del. f. C.* de *cond. ind. l. 14. l. 15. qvi testam. fac.*

2. Inter homines nihil est sic indubitatum, ut non possit suscipere qvandam sollicitam dubitationem, *Nov. 14. c. 1. par. 3. l. 17. de jur. patron.*

3. In dubiis & de jure non ita clarè decisis casibus licet imitari & seqvi exemplo aliorum, *l. 54.*

l. 54. *ad SC. Treb.* l. 3. *C. de ædif. priv.* l. *filius. Ad L. Corn. de falf.*

4. In dubiis à verborum proprietate non eſt recedendum, l. 9. *de leg.* 3.

5. Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, l. 55. *de furt.* l. 3. *de iis qvæ in teſt. del.* c. *eſtote. de R. I. in Decretal.*

6. Semper in obſcuris, qvod minimum eſt, ſeqvimur, l. 9. *de R. I.* c. *ult. de præſumt.*

7. In dubiis ſemper videndum qvid actum, l. 34. *de R. I.* l. 3. *de reb. cred.*

8. In dubiis ſi non appareat qvid actum, id ſeqvimur, qvod in ea regione freqventatur, l. 34. *de R. I.* l. 31. *par.* 20. *de ædil. edict.* l. 6. *de evict.* l. 75. *de leg.* 3.

9. Si nec hoc appareat, ut qvod mos varius ſit, id ſpectandum veroſimilius, & plerumqve fieri ſolet, l. 114. *de R. I.*

10. Semper in dubiis benigniora ſunt præferenda, l. 56. *de R. I.* l. *pen. de pæn.* c. *ult. de præſumt.*

11. Rapienda occaſio eſt, qvæ præbet benignius reſponſum, l. 168. *de R. I.*

12. In re dubia benigniorem interpretationem ſeqvi non minus juſtius eſt, qvàm tutius. l. 192. *ff. de R. I.*

13. Qvoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimùm excipiatur, qvæ rei gerendæ eſt aptior, l. 67. *de R. I.*

14. Qvoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt,

teft, eligendum eft, qvod minimum habet iniqvitatis, *l.* 200. *de R.I. l.* 13. *par. ult. de minor. l.* 31. *ff. depof.*

15. In ambiguis orationibus maximè fpectanda eft ejus fententia, qvi eas protulit, *l.* 96. *de R.I. l. ult. C. de Legib. l.* 42. *de re jud. N.* 22. *c.* 2.

16. Qvod factum eft, cum in obfcuro fit, ex affectione cujusqve capit interpretationem, *l.* 168. §. 1. *de R.I. l.* 10. *C. de legat.* §. 4. *Inft. eod. l.* 7. *C. de dot. prom. l.* 3. *C. de inftit. & fubft. l. cum alienis. C. de inoff. teftam.*

17. Ambigua intentio ita accipienda eft, ut res falva actori fit, *l.* 172. §. 1. *de R.I.*

18. In re obfcura melius eft favere repetitioni, qvam adventitio lucro, *l.* 41. *par.* 1. *de R.I. l. ult. par.* 5. *C. de jur. delib. l.* 66. *de judic. l.* 38. *par.* 1. *de V. O.*

19. Qvæ dubitationis tollendæ caufa contractibus inferuntur, jus commune non lædunt, *l.* 81. *de R.I.*

20. In dubiis tutior pars eft eligenda, *l.* 10. *par. ult. de reb. dub. c. juvenis, de fponfal. c. ad audientiam, De homicid.*

21. In dubiis conventionibus contra dantem fit interpretatio, *l.* 40. *de pact. l.* 21. *de contr. emt. l.* 99. *de V. O.*

Effectus. 1. Ceffante caufa ceffat effectus, *c.* 60. *de appell. l.* 1. *in fin. ff. de donat. l. generali. C. de SS. Eccl.*

2. Effectus durat durante caufa, *l.* 5. §. 3. *de jur. dum.*

3. Effe-

3. Effectus principaliter semper attenditur, & in omnibus consideratur, *l.24. de V. O. l.2. Cod. de aliment. pupill. præstand.*

4. Qvæ effectu conveniunt in jure nostro, reipsa convenire dicuntur, *arg.l.10.pr.de us.& hab. junct.l.f.C.de donat.mort.caus. l.15. C. de fid.instr. l.148. de R.I. l.5.par.2.Vt in poss.leg.l. 12.de reb.auth.ju.25.§.Si plures.ff de damn.inf.*

5. Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent, l.

ELECTIO. 1. Eligere seipsum nemo potest, *l.22. Par.7. Mandat. c. per nostras. 26. de jur. patron. c.ult.de instit.*

EMTIO. 1. Imaginaria venditio non est, pretio accedente, *l.16 de R.I. Add.l.2.C.de contr.emt. l.9. Cod. de resc.vend. l.19. Cod. loc.l 5.ff.eod.*

2. Nemo prædo est, qvi precium numeravit, *l. 126. de R. I.*

3. Aliud est vendere, aliud vendenti consentire, *l.16 de R.I.l.6.C.de evict.l.6. ff.eod. l.39. de pign.act.l.cum qvadam C.de adm.tut.*

4. Plerumq; emtoris eadem causa esse debet circa petendū ac defendendū, qvæ fuit venditoris, *l.156.Par. d. R.I. l.37.de act. emt. l.9. Par. ult. l. 11. Par.3.de exc.rei jud. l.5. C. de her. vel act.vend.l.ult. Par.1. ad SC. Vell.*

5. In contrahenda venditione, ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est, ut res salva actori sit, *l.172. de R.I. l.39.de pact. l.21. l.33.de contr. emt. c.57.de R.I.in 6.*

6. Cujꝰ est donandi, eidē & vendendi & commoda-

modatò ac precario concedendi jus eſt, l. 263. *de R. I.* l. *R. I.* l. 8. *Par.* 13. *Qvib. mod. pign. ſolv.*

Error. 1. Non videntur qvi errant conſentire, l. 119. *de R. I.* l. 3. *de in integr. reſt.* l. 1. *Par. ult. Qvod falſ. tut.* l. 9. *de contr. emt.* l. 10. 11. 14. *Par.* 1. *ff. d. t.*

2. Errorem corrigens non dicitur qvicqvam de novo facere, ſed jam factum declarare, l. 21. *de teſtam.*

3. Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, non reddit contractum inutilem, nec obligationem ex eo natam perimit, l. 92. *de R. I.*

4. Veritas rerum geſtarum erroribus non vitiatur, l. 6. *Par.* 1. *de offic. præſ.* l. 1. *C. plus val. qvod ag.* l. 1. *C. de contr. ſtip.* l. 24. *C. de teſtam.* l. 9. *de her. inſt.*

5. In totum omnia, qvæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi verâ & certâ ſcientiâ perfici poſſunt, *l.* 67. *de R. I.* l. 32. *Par.* 1. *de acq. her.* *l.* 21. *de cond. & dem. Par.* 7. *l. de furt.* *l.* 3. *Par.* 1. *de injur.*

Evictio. 1. Qvod evincitur in bonis non eſt, *l.* 190. *de R. I.* *l.* 22. *de acq. poſſ.*

Exactio. 1. Contra bonam fidem eſt, bis idem debitum exigere, *l.* 54. *de R. I.* l. 34. *Par.* 5. *de leg.* 2.

Exceptio. 1. Ad excipiendum qvæ proſunt, eadem proficiunt & ad replicandum, *l.* 2. *C. de jud.* *l. ult. C. de edend.*

2. Ex-

2. Exceptiones omnes suâ naturâ sunt perpetuæ, l. 5. §. *fin. de dol. exc.*

3. Debitor desinit esse is, qvi justam exceptionem perpetuam, & naturali æqvitate munitam nactus est, *l. 66. de R. I.* l. 112. *eod. par.* 5. *Inst. de except. par.* 3. *l. eod. l.* 26. *par.* 3. *de condict. ind.*

4. Exceptionibus malitiosis non est indulgendum, l. 38. *de R. V.* l. 1. *de Reg. Caton.* l. 45. *de procur.*

5. Exceptionibus pluribus uti nemo prohibetur, *cap. Nullus de R. I. in* 6. l. 43. *eod. l.* 5. *l* 8. *de except.*

6. Non videtur cepisse, qvi per exceptionem à petitione removetur, *l.* 23. *ff. de R. I.*

7. Exceptio facilior est qvam actio, & ideò regulariter qvi potest agere, multò magis potest excipere, *l* 156. *par.* 1. *de R. I. c. qvi ad agendum. de R. I. in* 6. *l.* 1. de *superfic. l.* 7 *par.* 4. de *pact. cap. cùm inter* de *except.*

8. Exceptio firmat regulam in contrarium, *l.* 12. *par.* 43. de *fund. instruct. l.* 2. de *testib.*

9. Exceptio debet esse de regula, id est, de ipso genere regulæ, *l.* 4. *par. f.* de *pen. leg.*

10. Exceptio ubi non reperitur posita, non est à regula recedendum, l. 3. *par. ult.* de *prævar. l.* 5. *C.* de *repud. l.* 19. *Cod.* de *collat.*

11. Excipiens non videtur fateri ea, qvæ in exceptione includuntur, *c. cùm venerabilis* de *except.*

EXCLUSIO. 1. Exclusio unius est alterius inclu-

inclusio, *l.12.pr.Sol.matr.l.21.C.de procur.l.18. par.11.de instr.leg.l.2.qvod fals.tut.*

EXPRESSUM. 1. Expressa nocent, non expressa non nocent, *l.195.de R I.l.68 de her.inst. l.52.de cond.& dem.l.132.pr.de V.O.*

2. Ubi reqviritur expressum, non sufficit tacitum, neq; præsumtum, *c.2.de prabend.c.fin.de procur. in 6.*

3. Expressum facit cessare tacitum, *l.39 par.1. de Vulg. subst. l. 21. C. de procur.*

4. Expressum censetur propriè & totaliter, qvod per relationem exprimitur, *l.3.par.1.l.59. par.1.de re jud.l.38. de cond.& dem.*

5. Expressum dicitur, qvod subintelligitur à jure, *l.24.de leg.1.l.1.C.de testam.mil.*

6. Expressum dicitur, qvod ex mente & conjecturis necessariò colligitur, *l.34.de leg.1.l.57. de man. testam.*

7. Expresso vitiato vitiatur etiam tacitum in eo comprehensum, *l.3.par.f.in f.ff.de S R.P. l. 12 par.1.de bon.auct.jud l.f.de const. pec.*

EXTINCTUM. 1. Extinctum semel, amplius non revivifcit, *l.3. par.9.de bon.lib.l.26. par.2. de A.R.D. l.6.par.3. de R. D.l.83. par.5. de V.O.*

FACTUM. 1. Facere per se videtur, qvi per alium facit, *c.77.de R.I.in 6.l.1.par.ff.de Vi arm. l.par.3.de adm.tut.l.5.C.de accus.c.72.de R.I. in 6.*

2. Qvi lege permittente facit, non punitur, *l. 4.C.ad L. I. de adult.*

3. Faci-

3. Faciendi verbo continetur & non factum, *l.189.de V.S. ubi Gœdd.*

4. Illud solum fieri rectè dicitur, qvod jure commodè & honestè fit, *c.22. q.1. cap. faciat.15. c. cum teneamur.6. X. de præbend. c.5.O. de jure patron. l.125. de V.S. l. ult. de cond. inst.*

5. Factum non attenditur, sed qvod debuit fieri, l.13. *C. de sent. & interloc.*

6 Factum unius non debet alteri nocere, l.27. *par. 4. de pact. l.57. par.5. de nov. op. nunc.* l.44. *de hær. inst. l.27. de R.I. l.155. eod.*

7. Factum non præsumitur nisi probetur, l. 12. *par.2. de capt. & postl.* l.9. *C. de collat.* l.1. *C. de probat.*

8. Verum est, neqve pacta neqve stipulationes factum posse tollere: qvod enim impossibile est, neqve pacto, neqve stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit, l.31. *de R. I.*

FAVOR. 1. Favore qvod conceditur, non retorqvetur in odium, l. 25. *de Legib.* l. 6. *Cod. eod. c.61. de R. I. in 6.*

2. Favori suo qvilibet renunciare potest, l. 29. l. *pen. C. de pact. l.46. eod. l. 77. par.27. de leg.* 2. l.41. *de minor.* l.71. *ad L. Falc.* l.13. *C. de fideic.* l.2. *Cod. ut in poss. leg.* l. *pen. Cod. de episc. & Cler.*

3. Favores sunt ampliandi, l.19. *de lib. & posthum. c.15. de R. I. in 6.*

FICTIO. 1. Fictio idem operatur qvod veritas, l.1. *de adopt.* l.44. *de excus. tut. c.14. & seq. De cler. non resid.*

2. Omnis fictio est restringenda, nec ultra casus expres-

expressos extendenda, & intelligenda, qvò minus tertius lædatur, *Pruom. conf. n.* 238. *Forster.* 2. *obf.* 25.

3. Fictio juris naturam imitatur, in qvantum potest, *l.* 15. *par.* 3. *l.* 16. de *adopt.*

FIDES. 1. Bona fides tantundem possidenti præstat qvantum veritas, qvoties lex impedimento non est, *l.* 136. de *R. I. l.* 48. *par.* 1. de *A. R. D. l.* 25. *par.* 1. *ff.* de *usur.*

2. Fidem frangenti fides non est servanda, *l.* 2. *par.* 1. *de inoff. test. l.* 54. §1. *Locat. l.* 16. *de transact. l.* 1. *par.* 8. *de act. emt. l.* 21. *C. de pact.*

3. Qvi auctore judice comparavit, bonæ fidei possessor est, *l.* 137. *de R. I. l.* 12. *de acq. poss.*

FILIUS. 1. Filiusfam. in publicis muneribus pro patrefam. habetur, *l.* 14. *ad SC. Treb. l.* 17. *l.* 78. *de judic.*

2. Velle non creditur, qvi obseqvitur imperio patris, vel domini, *l.* 4. *de R. I.*

3. Filiusfamilias neqve retinere, neqve recuperare, neqve adipisci possessionem rei peculiaris videtur, l. 9. *de R. I.*

4. Qvæ legata mortuis nobis ad hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, qvorum in potestate sumus, eodem casu acqvirimus, aliter atqve qvod stipulati sumus. Nam & sub conditione stipulationes, omnimodò eis acqvirimus, etiamsi liberatis nobis potestate domini, conditio existat, *l.* 18. *de R. I.*

5. Si filiusfam. sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri

patri actio competit: qvia in stipulationibus id tempus spectatur, qvo contrahimus, *l.* 18. *de R. I. l.* 78. *de V. O.*

FISCUS. 1. Plerumqve fit, ut etiam ea, qvæ nobis abire possint, proinde in eo statu sint, atqve si non essent ejus conditionis, ut abire possent; & ideo, qvod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem in prædio imponere possumus, *l.* 205. *de R. I.*

FORMA. 1. Forma in aliqvo actu servanda, si in illo deficiat, actus est nullus, *l.* 55. *l.* 44. *par.* 3. *de condit. & dem. l.* 1. *&* 2. *C. qvand. provoc. non est nec.*

2. Forma non potest per æqvipollens adimpleri, *l* 3. *Par. f. l.* 33. *de jurejur.*

FRUCTUS. 1. Cùm & verbum *Restituas* lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi, *l.* 173. *Par.* 1. *ff. de R. I.*

FRUSTRA. 1. Frustra nihil debet intelligi positum, sed omnia verba debent aliqvid operari, *l.* 109. *de leg.*

FURIOSUS. 1. In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qvi fari possunt, qvamvis actum rei non intelligerent. Nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia, tutore auctore agere potest, *l.* 5. *de R. I.* l. 63. *de Acqvir. hær. l.* 2. *Par.* 3. *de jur. codic. t. t. ff. de curat. fur. Par.* 1. *I. qvib. non est perm. fac. l.* 5. *C. de codic.*

2. Fu-

2. Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum est nulla voluntas est, *l.* 43. *de R. I.*

3. Furiosus absentis loco est, *l.* 124. *de R. I.*

4. Furiosus comparatur ignoranti, *l.* 16. *Par.* 2. *in fin. Qvi test. fac.*

FUTURUM. 1. Futura contingentia sunt incerta apud nos, unde dicimus, de futuris contingentibus non est determinata veritas, *l.* 84. *de acq. har. l.* 31. *ad L. Aqvil. l.* 13. *Par.* 2. *de damn. inf.*

GEMINATIO. 1. Geminatio actus seu verborum, majorem deliberationem, & enixam voluntatem manifestè inducit, *l.* 22. *ad SC. Trebell. August. Barbos. locupl.* l. 7. *c.* 1. *axiom.* 1.

GENERALIS. 1. Generaliter dictum, generaliter debet intelligi, l. 1. *Par.* 1. de *Legat. præst. l. ult. C.* de *dot. prom.*

2. Generalis dispositio omnes species comprehendit, & expressio generis, continentis species, operatur idem, ac si singulæ species essent expressæ. *l.* 79. *de leg.* 3. l. 51. *sub fin.* de *adm. tut.* l. 4. *post. pr. C.* de *præscr.* 30. *vel* 40 *ann.*

3. Generalis dispositio non extenditur ad non verisimilia, non cognita, non cogitata, illicita, neq; ad ea, qvæ specialiter qvis non expressit, *l.* 1. *C. qvæ res pign. obl.* l. 34. *de R. N.*

4. Generalis mentio idem operatur qvoad omnia, qvod specialis qvoad singula, *l.* 79. *de leg.* 3. *l.* 51. *de adm. tut.*

5. Generi per speciem derogatur, *l.* 80. *de R. I.*

*R.l.*l.41.*de pœn.c.*1, *c. pastoralis.* §. *qvoniam de Rescript.cap.*1.*de R.I.in* 6.

6. Genus includit omnes species sub genere comprehensas, *l.*4.*C.de præscr.*20.l.147.*de R.I.*

7. Genus perire non potest, *l.* 30. §. 5. *ad L. Falc.l.*10.*C.de jur.delib.l.*11.*C.si cert.pet.*

GRAVARE. 1. Gravare non possum, qvem non honoro, l.9.*C.de fideic.l.*22.*de adopt.l.*67. §.1.*de leg.*2.*l.*1.§.6.*de leg.*3.

2. Gravari nemo debet alterius odio, *l.*74. *de R.I.*33.*in fin.C.de inoff.test.c.*22.*de R.I. in* 6.

3. Gravatus uno, in alio debet relevari, *l.*30. *de jurejur.l.*6.*de jur.dot.l.*10.*de R. I.*

HERES. 1. Heres non potest aut debet facto defuncti contravenire, *l.*1.*de reb.cred.* vel factum ejusdem impugnare, *l.*14. *C.de R. V. l.*7. *C. de neg.gest.l.*24.*C.de donat.* l.114. *Par.* 3. *de leg.*2. *l.*10. *C. de solut. l.*2.*C.de bon. auth. jud. poss.*

2. Heres una eademqve persona cum defuncto putatur, *N.*48.*c.*1.l.14.*C.de R. V. l.* 3. *C. de reb.alien.non alien.l.* 2. *C.de act.her.*

3. Heres non est, qvi coactus hereditatem adit, *Par.Inst. per qvas pers. cuiqve. acqvi. l.* 6. *Par.ult.de acq.her.*

4. Heres semel factus nunqvam potest desinere esse heres, *l.* 7. *Par.* 10. *de minor. l.* 4. de *her. inst.*

5. Heres heredis per multas successiones etiam primi defuncti heres est, *l.*194.*de R.I. l.*170.

de *V.S.*l.95.l.70.*eod.*l.10.*C.de inoff.test.*l. *ult. C.* de *her. inst.* l.6. *Par. f. de inoff.testam.*

6. Hæredem ejusdem potestatis jurisq ve esse, cujus fuit defunctus, constat, l. 59. de *R. I.* l. 62. *eod.* l. 119. *de V. S.*

7. Cùm qvis in alterius locum successerit; non est æqvum ei nocere hoc, qvod adversus eum non nocuit, in cujus locum successit, l.156. *Par.* 2. *de R.I.* l. 3. *Par.* 2. *De itin. actuq; priv.*

8. Qvod ipsis, qvi contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstabit, l.143. *de R. I.*

9. Non debeo melioris conditionis esse, qvàm auctor meus à qvo jus in me transit, l.175. *Par.* 1. de *R. I.*

10. Qvi in jus vel dominium alterius succedit, jure ejus uti debet, l.177. *de R. I.*

11. Nemo plus commodi heredi suo relinqvit, qvàm ipse habuit, l.120. *de R. I.*

12. Hi, qvi in universum jus succedunt, heredis loco habentur, *l.*128. §. 1. de *R. I.*

13. Prætor bonorum possessorem hæredis loco in omni causa habet, *l.*117. *de R. I.*

14. Omnia ferè jura heredum perinde habentur, ac si continuò sub tempus mortis heredis extitissent, *l.*193. *de R. I. l.*45. de *acq. her. l.* 31. *par.* 5. *l.* 4. *par.* 3. *de usucap.*

15. Uni duo pro solido heredes esse non possunt. l.141. *par.* 1. *ff. de R. I.*

16. Ea, qvæ in partes dividi non possunt, solida à singulis heredibus debentur, l. 192. *de R. I.* l. 2. l. 85. *par.* 2. *de V. O.* l. 17. *de servit.*

17. Non

17. Non vult heres esse, qvi ad alium transferre voluit hereditatem, l. 6. de *R. I.*

18. Plerumqve tam heredibus qvàm nobismet ipsis cavemus, l. 9. *in fin. ff.* de *probat.*

19. In heredem non solent actiones transire; qvæ pœnales sunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum, l. 111. *par.* 1. de *R. I.*

20. Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debeat; ita nec lucrum facere, si qvid ex ea re ad eum pervenisset, *l.* 38. de *R. I.* l. 16. *par.* 2. *Qvod met. caus.* l. 1. *ff.* de *del. prif.* l. 5 *ff.* de *calumn*

21. Cùm Prætor in hæredem dat actionem, qvatenus ad eum pervenit: sufficit, si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti, l. 127. *de R. l.*

22. Toties in heredem damus de eo, qvod ad eum pervenit, actionem, qvoties ex dolo defuncti convenitur, non qvoties ex suo, *l.* 44. *de R I.*

23. Pœnalia judicia semel accepta, in heredes transmitti possunt, l. 164. de *R. I.*

24. Lite contestatâ ex omnibus causis actiones in heredem similesqve personas transeunt, l. 87. de *R. I.* l. 33. *l.* 58. *de O. & A.*

25. In contractibus, qvibus doli præstatio, vel bona fides inest, heres in solidum tenetur, *l.* 152. *par.* 3. de *R. I.*

26. In contractibus successores ex dolo eorũ, qvibus successerunt, non tantùm in id, qvod pervenit, verùm etiam in solidum tenentur: hoc est unusqvisqve pro ea parte, qvâ heres est, *l.* 157. *par.* 2. *ff.* de *R. I.*

HEREDITAS. 1. Hereditas nihil aliud eſt, qvàm ſucceſſio in univerſum jus, qvod defunctus habuit, *l. 62. de R. I.*

2. Omnis hereditas, qvamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur, *l. 138. l. 193. de R. I.*

3. Hereditas vicem perſonæ ſuſtinet, *pr. I. de ſtip. ſerv. par. 2. I. de her. inſt. l. 31. par. 1. eod. l. 61. de A. R. D. l. 6. C. depoſ. l. 38.* de *R. I.*

4. Hereditas non pactionibus, ſed teſtamentis & legibus defertur, *l. 15. C. de pact. l. ult. de ſuis & leg.*

5. Hereditas non adita non transmittitur, *l. 1. par. in noviſſimo C. de cad. toll. l. uni C. de his qvi ant. ap. tabb. l. 7. C. de jur. delib.*

6. Hereditas qvamdiu jacet poſſeſſio eſt nullius, *l. 1. par. 15. Si is qvi teſt. lib.*

7. Hereditatis aditio non tam facti qvàm animi eſt, *l. 2. de acq. her. par. f. I. de her. qval. l. 6. C. de jur. delib.*

HONESTUM. 1. Non omne qvod licet, honeſtum eſt, *l. 244. pr. de R. I.*

2. Id qvod honeſtum potiùs, qvàm qvod utile eſt, ſeqvi debemus, *l. 197.* l. 144. *de R. I.*

JACTATIO. GLORIATIO. 1. Jactare ſuum nemo præſumitur, l. 25. *de probat. l. qvi vas par. 3. de furt.*

IGNORANTIA. 1. Nemo debet eſſe ignarus conditionis ejus, cum qvo contrahit, l. 19. *de R. I.*

2. Ignorantia facti alieni juſta & probabilis excuſat, *c. 13. de R. I. in 6.* affectata verò vincibilis, craſſa,

crassa, improbabilis seu supina minimè excusat, l. 1. *par. 1. de act. empt.* l. 4. *C. de incest. nupt. c. 1. de postul. Prælat. c. cùm in tua 6. qvi matr. accus. poss.* l. 6. *ff. de jur. & fact. ignor.*

3. Ignorantia juris regulariter non excusat, *c.* 13. *de R. I. in 6.* l. 6. *C. de Legib.*

4. Ignorans nihil agere, nec consentire censetur, l. 19 *de inoff. test.* l. *in repudianda ff. de acq. her.*

5. Ignorans non dicitur negligere, nec contemnere jus suum, l. 10. *C. de donat.* l. *Si qvis par. 4. in fin ff. ad SC. Syllan.* l. 3. *C. de Tabul.* l. 8. *de his qvi not. infam.*

6. Ignoranti non currit tempus, l. 5. *C. qvi admit.* sicuti nec præscriptio, l. 1. *par. f. C. de ann. except.*

7. Qvi in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiæ, an id, qvod petitur, deberetur, l. 42. *de R. I. l. 5. sub fin. ff. Si cert. pet.* l. 1. *par. ult. Depos. par. 4. Inst. de usucap.*

8. Non potest improbus videri, qvi ignorat qvantum solvere debeat, l. 99. *de R. I. l. 1. par. hæc verba ff. Si cui plus qvam per L. Falc.* l. 1. *C. de usur. & fruct. leg. l. 3. ff. de usur.*

9. Hæc ita de herede dicta sunt, si cum eo agitur, non etiam si agat, l. 42. *de R. I.*

10 Nemo videtur dolo exeqvi, qvi ignorat causam, cur non debeat petere, l. 177. *par. 1. de R. I.* l. 1. *par. 5 ff. de dol. mal. exc.*

11. Fidejussores qvoq; non minus, qvam heredes justam ignorantiam possunt allegare, l. 42. *de R. I.* l. 29. *pr. ff. Mandat.*

IMPEDIMENTUM. 1. Impedimentum non præstat, qvod de jure non sortitur effectum, *c.32. de R.I. in 6.*

2. Impedito agere non currit præscriptio, *l.1. in fin. C.de ann. except.*

3. Impedito non currit tempus, *d. l. 1. §. fin. c. 5. de concess.præb. c.ult.de elect.*

IMPERITIA. 1. In qvolibet artis suæ imperito imperitia culpæ venit annumeranda, *l. 132.de R.I.l.7.ad L. Aqvil. l.9. §.5. Locat. l.1. ff.Si mens.fals.l 6.§.Sicuti de off. Prætor.§ 6.7. 8.I.de L.Aq.*

IMPOSSIBILE. 1. Impossibilium nulla est obligatio, *l.185.de R.I. §.2.I.de inut.stip.l.1. §.9.de O. & A.l.35. §.1. de V.O. l.3. pr.ad SC. Syllan.§.10. I de hær. instit.*

2. Ea qvæ dari impossibilia sunt, vel qvæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur, *l.135. l.182. de R.I.l.9.par.2.de leg.2.*

3. Verum est neqve pacta, neqve stipulationes factum posse tollere: qvod enim impossibile est, neqve stipulatione potest comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere possit, *l. 31. de R. I.*

4. Qvæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt, *l.188.par.1 de R. I.*

INCERTITUDO. 1. Incertitudo rei vitiat actû, seu dispositionem, *l.5 par.f.de R. V. l.30. de testam.tut.l.115.l.75.de V.O.l 75. par.1. de leg.1. l.69.par.4.de jur.dot. par.25. I.de legat.*

INCLUSIO. 1. Inclusio unius est exclusio alterius,

alterius, *l.12.de judic.l.21. C.de procur. l.2.C.de pignor.l.7.par.10.de minor,l.22.de LL.l.11.par. ult.de pign.act.l.14.ut in poss. leg.*

Incogitatum. 1. Ad incogitata dispositio non extenditur, *l.9.par.1.& ult.ff. de transact. l.35.de pact.l.19.de inoff. test.*

Indebitum. 1. Cùm ampliùs solutum est, qvàm debeatur, cujus pars non invenitur, qvæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione, *l.84. de R.I. l.26. par.4.de cond. indeb. l.26.par.6. eod.*

2. Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consultò dati donatio est, *l.53 de R. I.*

Indefinitum. 1. Indefinita æqvipollent universali, *l.24.de serv.urb. l.43. l.44.de leg.2. l. 98.de leg.3.l.60.de leg.2.l.6.par.1.de inj.rupt. irr.test.l.2. de lib. & posth.*

Infinitas. 1. Infinitas est vitanda, *l.13.par. ult.de damn.inf. l.11.par.18.de leg.2. l. f. C. de SS. Eccles. l.un.C.de sent. qvæ pro eo.*

Initium. 1. Qvæ ab initio utiliter constituta sunt durant, licèt in eum casum devenerint, à qvo incipere non potuerunt, *l.85.par.1.de R. I.*

Impubes. 1. Impubes omnibus officiis civilibus debet abstinere, *l.2. par.1. R. I.*

Injuria. 1. Injuria absqve animo injuriandi non committitur, *l.3. par.1. de injur. l.5. C. eod. l.11. pr.ff.d.t.*

2. Injuria non fit scienti & volenti, *l.1.par.5.de injur. l.145. de R. I. c.28. eod. in 6. l. 1. de act. emt.*

Innocentia. 1. Innocentia nullo modo est punienda, l. 5. *pr. de pœn.*

Inopia. 1. Inopia & paupertas debitoris inanem constituit intentionem, l. 6. *de dol.*

Institutio. 1. Qvæ ab initio inutilis fuit institutio, ex postfacto convalescere non potest, *l.* 210. *de R. I.*

Intentio. 1. Intentionis suæ fundamentum qvilibet probare tenetur, l. 23. *Cod. de probat.* l. 4. *Codic. de edend.*

2. Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, l. 19. *pr. ff. Si cert. pet.*

3. Intentio, & animus qvalis fuerit à principio ex postea gestis declaratur, l. 7. *par. 7. ad SC. Maced.*

Interesse. 1. Qvatenus cujus intersit, in facto, non in jure consistit, l. 27. *de R. I.*

2. Interesse difficilis est probationis, l. *ult. de prat. stip.*

3. Qvorum interest, ad actum necessariò sunt adhibendi, l. 39. *de adopt.* l. 47. *de re jud.*

4. Interesse cessante, non auditur agens, *l. 27. par. 4. de pact. l. 11.*

Interpretatio. 1. Interpretationi ejus in qvavis dispositione omnibus modis standum est, qvi dixit vel sermonem protulit, *l. 11. de LL.* l. 66. *de judic. l. 43. pr. de Vulg. & pup. subst.*

2. Interpretatio ea recipienda est, qvæ sententiæ Legislatoris congruit, licèt verba id non patiantur, *l. 11. de in jus voc. par. 15. l. ad L. Aqvil.*

3. Interpretatio qvævis, qvæ iniqvitatem continet,

tinet, rejicienda est, eaqve amplectenda, qvæ æqvitatem sapit, *l.* 16. *de condit. & dem. c.2.X. de R.I.c.22.X. de V. S.*

4. Interpretari actum est ejus, cujus est condere, seu illum facere, *l.9.de LL. l.9.l.12.C.eod. l.43.de vulg.subst.c.12.de judic.l.31.de sent.excomm.*

5. Interpretatio facienda est, ne dispositio fiat elusoria, *l.3.de milit. test.* 109. *de leg.* 1.

6. Interpretatio facienda est secundùm mentem disponentis, si de mente apparere potest. Si de mente non constat, attenditur verisimilitudo. Cessante verisimilitudine, & conjecturis recurrimus ad meram significationem verborum, & si apparet, ea est tenenda, *l.69.de leg.3,*l.4.*par.* 6. *de damn. inf.Card.Tusch.lit I. concl.*330.

IRA. 1. Qvicqvid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, qvàm si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse: Ideoqve brevi reversa uxor nec divertisse videtur, l.48.*de R. I.*

INVITUS. 1. Qvod cuiqve pro eo præstatur, invito non tribuitur, *l.*156. *par.*4. *de R.I.*

2. Invitus nemo agere cogitur, *l. un. Cod. ut. nem. invit.*

JUDEX. 1. Judex veritatem diligenter investigare tenetur, *Auth.qvi semel.C.qvom & qv. jud.*l.2.*C.de edend.*l.19.*de pœn.l. f. C.de probat.*

2. Judex in re propria qvis minimè esse potest, l.10. *de jurisd. l.* 40. *de test.*l.*ult par.pen.C. ubi Sen.vel Clar.*l.*un.C.ne qvis in sua caus. jud.*

3. Judex non communicat officium suum nisi imploratus, *l.4, par. 2 de damn. inf. l.1. C. ut qvæ desf. adv. jud. suppl. l.73. de judic. c.4. de postul. Prælat.*

4. Judex non debet esse clementior lege, *N. 82. c.10. l. ult. C. de compens.* nec etiam severior, *l.3. in fin. C. de apostat. l.3. par. f. C. arb. tut.*

5. Judex fatuus reputatur, qvi ultra petita judicat, *l. ult. C. de fideic. lib. l.18. ff. comm. div.*

6. Pro judice ejusqve processu jura semper præsumunt, *l.1. in fin. De offic. Præf. l.2. par. 20. de vi bon. rapt. l.2. C. de acq. poss. c.6. de renunciat. c.16. in fin. de sent. & re jud.*

7. Factum à judice, qvod ad officium ejus non pertinet, ratum non est, *l.170. de R. I.*

8. Qvi auctore judice comparavit, bonæ fidei possessor est, *l.137. de R. I. l.12. de acq. poss.*

9. Qvi jussu judicis aliqvid facit, non videtur dolo malo facere qvi parere necesse habet, *l.167. par. 1. ff. de R. I. l.169. eod.*

10. Omnia, qvæcunqve causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt, *l.7. de R. I.*

11. Ubicunqve causæ cognitio est, Prætor desideratur, *l. 105. de R. I.*

JUDICIUM. 1. Judicium ubi cœptum est, ibi finiri debet, *l. 30. ff.* de *judic. l.7. eod. l. pen. de jurud.*

2. Judiciis qvasi contrahitur, *l.3. par. 11. de pecul. l.2. de prætor. stip.*

3. Nemo

3. Nemo de domo sua extrahi debet, *l.* 103. *de R. I.*

4. Ubi lex duorum mensium facit mentionem, & qvi sexagesimo & primo die venerit, audiendus est, *l.* 101. *de R. I.*

5. Non solet deterior conditio fieri eorum, qvi litem contestati sunt, qvam si non: sed plerunqve melior, *l.* 86. *de R. I.*

6. Nemo enim in perseqvendo deteriorem causam, sed meliorem facit. Deniqve post litem contestatam heredi qvoqve prospiceretur, & heres tenetur ex omnibus causis, *l.* 87. *de R. I.*

7. Res judicata pro veritate accipitur, *l.* 207. *de R. I.*

8. Ii, qvi ex libertate conveniuntur, in id, qvod facere possunt condemnantur, *l* 36. *de R. I.*

9. In condemnatione personarum, qvæ in id, qvod facere possunt, condemnantur, non totum, qvod habent, extorqvendum est: sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant, *l.* 173. *de R. I.* §. 37. *& seqq. Inst. de act.*

10. Personarum acceptio in judiciis non est habenda, *c.* 12. *de R. I. in 6.*

Juramentum. 1. Juramentum, qvod sine dispendio salutis servari potest, servandum est, *c.* 28. *X. de jurej. c.* 2. *eod. in 6. Auth. Sacramenta C. si adv. vend.*

2. Juramentum, si consensus deficit, nihil operatur, *l. ult. C. de non num. pec.*

3. Juramentum censetur esse personale nec personam jurantis egredi, *c.14. X. de jurej.*

4. Juramenta sunt intelligenda secundùm intentionem jurantis, *c. humanæ 11, 22. q. 5. Innoc. in c. Veniens de jurejur.*

5. Juramentum non extenditur ad incogitata, l. 9. *de transact.* l. 29. *de inoff. test.* l. *f. C. de non num. pec.* l. *f. ad munic. c. 16. c. 23. c. 7. X. de jurejur.*

6. Juramentum regulatur secundùm naturam actus, cui adjicitur, l. *ult. C. de non num. pec. l. 11. §. 2. de jurej. l. f. qvi satisd. cogant. c. 25. de jurej.*

7. Juramentum non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti addit religionis vinculum, *l. f. C. de non num. pec. l. 54. ad SC. Treb.*

8. Juramentum debet impleri in forma specificâ, *c. ad nostram* l. 1. *de jurejur.*

9. Juramentum non debet esse vinculum iniqvitatis, *c. cùm contingat. De jurejur. c. 18. eod. c. inter cætera 25. q. 4.*

Jus. 1. Jus semel extinctum ampliùs reviviscere non potest, l. 60. §. *de solut.* l. 24. *de O. & A.* l. 83. §. 4. *de V. O.* l. 10 §. 1 *qvemadm. usufr. amitt.* l. 3. § 9. *de bon. lib.* l. 23. *de R. V.* l. 26. §. 2. *de acq. dom.* l. 6. *par. f. de R. D.* l. *pen. C. de rem pign.*

2. Jus semel alicui acqvisitum ei invito rursum auferri non potest, l. *f. de pact.* l. 53. *pr. de judic.*

3. Jus qvæsitum fortius est, qvàm jus qværendum, l. 45. §. 1. *l. 46. de leg. 2.*

4. A ju-

4. A jure communi concessum frustra precibus impetratur, l. 1. *ff. ad munic. l. 30. de privil. credit.* l. 1. *C. de thesaur.*

5. jure diverso una eademqve res censeri non debet, l. 23. *de usucap. c. cognovimus* 29. 12. *q.* 2. *c.* 22. *de privileg. c.* 30. *de decim.*

6. Jure suo qvi utitur, nemini facit injuriam, l. 13. §. 1. *de injur.* l. 3. §. 11. *tamen ff. de lib. hom. exh.* l. 53. *de injur.* l. 26. *de damn. inf.*

LEGATUM. 1. Qvæ legata mortuis nobis ad heredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, qvorum in potestate sumus, eodem casu acqvirimus, aliter atqve qvod stipulati sumus. Nam & sub conditione stipulantes, omnimodò eis adqvirimus, etiam si libertatis nobis potestate domini conditio existat, *l.* 18. *de R. I.*

2. Absurdum est, plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, qvàm heredem, aut ipsum testatorem, si viveret, l. 160. *par.* 2. *de R. I.*

LEGITIMA. 1. In legitima pater filio præjudicare non potest, l. 30. *C. de inoff. test. N.* 115. §. *caterum Auth. ut cum de appell. cognosc.*

2. Nulla valet dispositio patris, per qvam fiat fraus legitimæ, l. 6. l. 8. *C. de inoff. test.* l. 7. *pr. de bon. damn.*

3. Legitima non testatoris judicio, sed solius legis beneficio obvenit & debetur, l. 36. §. 1. *C. de inoff. test.* l. 6. *pr. C. de sec. nupt. Nov.* 1. *in præf.* & §. 2.

4. Legitima loco alimentorum surrogata est, *N.* 18. *c.* 3.

Lex. 1. Qvæ contra leges fiunt, ea ipso jure sunt nulla, l. 5. C. *de LL.* l. 47. *de fidejuss.*

2. In leges, qvæ sanctæ sunt, nulla suspicio calumniæ cadere potest, *l.* 9. §. 3. *de R. D.*

3. Nihil temerè & absqve lege asserere debemus, *l.* 19. *C. de collat.* l. 5. C. *de repud.* l. 13. *par.* 7. *de excus. tut. Nov.* 18. *c.* 5.

4. Lex generaliter & simpliciter seu indistinctè loqvens, generaliter est intelligenda, l. 2. *de public. in rem. act.* l. 15. *par. ult. de test. mil.* *l.* 1. §. 1. *de leg. præst.* l. 1. *par.* 3. *de aleat.* l. *ult. in fin. C. de dot. prom.*

5. Lex ubi non distingvit, nec nos distingvere debemus, l. 32. *de rec. arb.* l. 3. *de off præs.* l. 2. *par.* 1. *de judic. l.* 7. *de postul.* l. 1. *par.* 1. *de leg. præst.* l. 11. *de in jus voc.* l. 71. *par.* 5. *de acq. her.* l. *un. Cod. qvi pro sua jurisd.*

6. Legis verba cui non conveniunt, non convenit ejus dispositio, *l.* 4. *par.* 6. *de damn. inf.* l. 21. *de test. mil.* l. 5. *pr. ff. de adm. tut.* l. 12. *par.* 4. *de accus.* l. 1. *par.* 5. *de aq. qvot.* l. 63. *de leg.* 1. l. 6. §. 2. *de jur. patron.* l. 2. *C. comm. de leg.*

7. Cessante legis ratione, cessat qvoqve ejus dispositio, *l.* 13. *de adopt.* l. 32. *de pact. l. ad Sc. Syllan.* l. 15. *par.* 7. *ad L. Jul. de adult.* l. 6. *par.* 2. *de jur. patron.*

8. Lege permittente qvod fit, dicitur justè & bene fieri, l. 17. *par.* 12. *de adil. edict. c. qvid dicam.* 11, 14. *q.* 4.

9. Mens legis magis attendenda, qvàm verba,

ba, l. 17. *de LL.* l. 69. *de leg.* 3. l. 6. *par.* 1. *de V. S.*

10. Lex qvantumcunqve dura, eſt ſervanda, *l.* 12. *par.* 1. *ff. qvi & à qvib. l.* 10. *C. de LL.*

11. Legis auxilium fruſtra invocat, qvi committit in legem, *l.* 37. *Par.* 1. *de minor. l.* 15. *C. de jud. c.* 33. *de elect. c. ult. de immun. Eccl. c.* 45. *c.* 25. *de ſentent. excomm. c.* 14. *de uſur.*

LIBERALITAS. 1. Liberalitas ſua nemini debet eſſe damnoſa, *l.* 3. *pro donat. l.* 50. *de re jud.*

2. In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, *l.* 18. *de adim. leg.*

3. Liberalitatem non dicitur exercere, qvi debitum ſolvit, *l.* 50. *de rit. nupt. l.* 84. *de her. inſtit.*

LIBERATIO. 1. Qvibus modis obligamur, iisdem ferè & in contrarium actis liberamur, l. 113. *de R. I. l.* 35. *l.* 100. *eod. l.* 80. *de ſolut.*

2. Ad liberandum propenſiores eſſe debemus, l. 47. *de O. & A.* l. 39. §. 9. *de leg.* 1. *l.* 46. *de leg.* 2. l. 29. §. 1. *l.* 75. *de leg.* 3. l. 83. §. 3. l. 109. *de V. O. l.* 1. *de jur. dot.*

LIBERI. 1. Si qvis prægnantem uxorem reliqvit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe, *l.* 187. *de R. I.*

3. Liberi reipublicæ magis qvàm parentibus nati ſunt, *l.* 1. *par.* 14. *de Ventr. in poſſ. mitt.*

LIBERTAS. 1. Libertas inæſtimabilis res eſt, *l.* 160. *de R. I.* 2. In-

2. Infinita eſt æſtimatio libertatis, & neceſſitudinis, l. 176. *Par.* 1. *de R. I.*

3. Libertas omnibus rebus eſt favorabilior, l. 122. *de R. I.*

4. Qvoties dubia interpretatio libertatis eſt, ſecundùm libertatem reſpondendum erit, l. 20. *de R. I.*

5. In obſcura voluntate manumittentis, favendum eſt libertati, l. 179. *de R. I.*

6. Libera qvælibet res præſumitur à ſervitute, l. 24. *Par. ult. l. Proculus. ff. de damn. inf.* l. 4. l. 8. c. *de ſerv. & aq. pr. Inſt. de libertin.*

LITES. 1. Pro lite nemo mortis periculum ſubire cogitur, l. 2. *Par.* 3. *Si qvis caut.* l. 34. *Par.* 1. *de donat.*

2. Lites abbreviari publicè interest, l. 13. *C. de judic.* l. *f. pro ſuo*, l. 2. c. *de re jud.* l. 2. *pr. de aq. pluv. arc.*

LOCUPLES. LUCRUM. 1. Locupletior non eſt factus, qvi libertum acqviſierit, l. 126. *Par.* 1. *de R. I.*

2. Qvilibet præſumitur bona ſua ex propria induſtria acqviſiviſſe, non ex alieno rapuiſſe, l. 10. *C. arb. tut.*

3. Qvod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè concedendum, l. 5. *Par.* 8. *de aq. pluv. arc.*

4. Lucrum qvod lege datum eſt, privatus auferre non poteſt, *N.* 22. *c.* 33. *in fin.*

5. Duæ lucrativæ cauſæ in una eademqve perſona circa eandem rem non poſſunt concurrere, *Par.* 6. *I. de Legat.* l. 108. *Par.* 4. *de leg.* 1. l. 66. *Par.* 1. *de leg.* 2.

6. Lo-

6. Locupletari nemo debet cum alterius damno, *l.14. de cond. indeb.* l. 15. *par. f. l. 66. eod.* l. 50. *de act. emt.* l. 206. *de R. I. cap. 47. eod. in 6.*

7. Lucrum nō acqvirere unicuiq; licet, l. 6. *ff. q. in fraud. cred.* l. 134. *de R. I.* l. 5. *de don. int. Vir.*

8. Lucrum non debet qvis capere ex eo, qvod exiſtit impugnare, *c. 38. de R. I. in 6. c. 20. de cenſib.* l. 7. *C. de pact. int. emt.*

9. Qvotiescunqve utriusqve cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit, l. 9. 8. *de R. I.*

10. In re obſcura melius eſt favere repetitioni, qvam adventitio lucro, *l. 41. par. 1. de R. I.*

11. Cùm de lucro duorum qværatur, melior eſt cauſa poſſidentis, l. 126. *par. 1. de R. I.*

12. Ex qva perſona qvis lucrum capit, ejus factum præſtare debet, l. 149. *de R. I.*

13. In eo, qvod vel is, qvi petit, vel is, à qvo petitur, lucro facturus eſt, durior cauſa eſt petitoris, l. 33. *de R. I.*

MAGISTRATUS. 1. Non eſt ſingulis concedendum, qvod per magiſtratum publicè poſſit fieri, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi, l. 176. *pr. de R. I.*

2. Non poteſt dolo carere, qvi imperio magiſtratus non paruit, l. 199. *de R. I. t. t. ff. Si qvis jus dic. non obtemp.*

Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujus alterius coërcitionis ad alium transferre, l. 70. *de R. I.* l. 1. *de offic. ejcus.*

MAJOR. 1. Majus cui conceditur, & minus

nus concedi videtur, *l. 7. par. f. de donat. l. 15. de don. m. cauf.* l. 21. *de R. I.*

2. Refertur ad universos, qvod publice fit per majorem partem, *l.* 160. *par. 1. de R. I. l. 3. par. 4. qvod cujusq; univ. l. 19. ad munic.*

MALITIA. 1. Malitiis non est via aperienda, l. 8. *par. 20. de transact.* l. 11. *in fin. C. de fideic.* l. 25. *C. de legat.*

2. Malitiis non est indulgendum, l. 38. *par. 1. de R. V. l. 2. Solut. matr.* l. 9. *de servit.*

3. Ex malitia sua nemo commodum reportare debet, l. 33. *de R. V.* l. 12. *par. 1. de furt. c. 4. de constit. cap. 15. c. 24. de rescript. cap. 6. de dol. & contum.*

MALUS. 1. Malus semel semper præsumitur esse malus, l. 7. *par. 1. de accusat. c. 9. de præsumt. c. 8. de R. I. in 6.*

MANDATUM. 1. Mandatum excusat in levioribus eum, qvi parendi necessitatem habet, *l. 10. par. ult. de his qvib. ut indign.* l. 13. *ad L. Falc.*

2. Qvi aliqvid in se recepit, unà omnia sine qvibus illud expediri neqvit recepisse videtur, *l. 2. de jurisd.* l. 3. *par. ult. de S. R. P.*

3. Mandati fines exacta diligentia sunt servandi, l. 5. *Mandat. c. 32. de offic. deleg.*

4. Semper qvi non prohibet pro se intervenire, mandare creditur: sed & si qvis ratum habuerit, qvod gestum est, obstringitur mandati actione, l. 60. *de R. I.* l. 6. *par. 2. l. 18. Mandat.* l. 40. *ff. l. 6. Cod. eod.*

5. De-

5. Dejicit & qvi mandat, l. 152. *par.* 1. *de R. I.*

6. Is damnum dat, qvi jubet dare, ejus verò [illegible] culpa est, cui parere necesse est, l. 169. *de* [illegible]

MATRIMONIUM. 1. Matrimonia debent esse libera, non coacta, *c.*14. *de sponsal. c.*10. *de procur.*

2. Nuptias non concubitus, sed consensus facit, l. 30. *de R. I.*

3. Semper in conjunctionibus non solùm qvid liceat, considerandum est, sed & qvid honestum sit, l. 197. *de R. I.*

METUS. 1. Nihil consensui tam contrarium est, qvi bonæ fidei judicia sustinet, qvàm vis atqve metus, qvem comprobare, contra bonos mores est, l. 116. *de R. I. t. t. Qvod met. caus.*

2. Vani timoris justa excusatio non est, l. 184. *de R. I. l.* 6. *Qvod met. caus.*

MINIMA. 1. Minima non sunt in consideratione, sive, de minimis non curat Prætor, l. 4. *in integr. rest.* l. 4. *in fin. de ædil. edict.* l. 37. *par.* 1. *de evict.* l. 1. *C. si advers. vend. pign.*

MINUS. 1. In eo qvod plus sit, semper inest & minus, l. 110. *de R. I. par.* 8. *Inst. de mandat.* l. 1. *par.* 4. *de V. O.* l. 27. *par.* 3. *de rec. arb. l.* 3. *par. de adim. vel transf. leg.*

2. Non debet, cui plus licet, qvod minus est, non licere, l. 21. *de R. I. l.* 1. *pr.* l. 63. *in fin.*

l. 7.

l. 7. l. 8. *de precar.* l. 168. *de R. I. par.* 8. *I. mandat.* l. 1. l. 7. *de serv. rust. pr.* l. 8. *par.* 13. *qvib. mod. pign. solv.*

MORA. 1. In omnibus causis pro facto accipitur id, in qvo per alium mora fit, qvò minùs fiat, l. 39. *de R. I. l.* 9. *C. de pign. act.* l. 7. *de usur.* l. 2. *par. ult. ff. Si qvis caut. l.* 1. *par. Si rem. ff. de eo per qvem fact.* l. *ult.* C. *de his qvi per met. jud. non appell.*

2. Mora cuiqve sua, non alteri nocere debet, *l.* 173. *par.* 2. *de R. I.* 155. *eod.* l. 32. *par.* 1. *de usur.*

3. Nulla intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla petitio est, l. 88. *de R. I.* l. 127. *de V. O.*

4. Qvi sine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere, l. 63. *de R. I.* 24. *pr. de usur.*

MORS. 1. Mors omnia solvit, l. 56. *par.* 9. *pro soc.* l. 15. C. *mandat.* l. 6. *de publ. jud.*

2. Moriens nunqvam præsumitur immemor salutis æternæ, l. *f.* C. *ad L. Jul. repet.* l. 26. *C. de nupt.*

MOS. 1. Mos regionis seu civitatis in rebus dubiis semper est attendendus, l. 34. *de R. I.*

MULIER. 1. Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt: & ideò nec judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere, l. 2. *ff. de R. I.*

2. Qvò tutela redit, eò & hereditas pervenit, nisi cùm fœminæ intercedunt, l. 73. *de R. I.*

3. Mu-

3. Mulieribus tunc ſuccurrendum, cùm defendantur, non ut faciliùs calumnientur, l. 100. *Par.* 4. *de R. I.*

MULTITUDO. 1. Multitudo peccantium non parit errori patrocinium, l. 46. *Par ult. de jur. fiſc.*

MUTUS. 1. Ubi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet poteſt videri reſpondere; idem in ſurdo; hic qvidem & reſpondere poteſt, l. 124. *de R. I.*

NARRATIO. 1. Narratio facti non facit jus, *c. ex literis.* 3. *X. de fid. inſtrum.*

NATURA. 1. Naturam cujusqve rei præcisè intueri & ſeqvi convenit, *Par. ſed naturalia Inſt. de jur. nat. g. & c.* l. 6. *de I. & I.* l. 3. *de tutel.*

NECESSITAS. 1. Qvæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi, l. 162. *de R. I.*

2. Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat, l. 123. §. 1. *de R. I.*

3. Neceſſaria cauſa facit permiſſum id, qvod aliàs de jure eſſet prohibitum, l. 22. *De his qvib. ut ind. c.* 4. *X. de R. I.*

4. Neceſſaria omnia ad unum conceduntur illi, cui conceditur illud unum, l. 2. *de jurisd.* l. 57. *de procur.* l. 1. *Par.* 1. *Si uſusfr. pet.* l. 3. *Par.* 3. *de Serv. ruſt. præd.* l. 3. *pro ſoc.*

5. Neceſſaria cauſa præſumitur potiùs, qvàm voluntaria, l. 41. §. 11. *de leg.* 3.

6. Neceſſitas non habet legem, ideò lex ſubjacet

jacet necessitati, non econtrario, l. 7. *pr. de admin. tut.* l. 11. *Par. ff. de exc. tut.* l. 5. *de off. proc.* l. 6. *de injust. rupt.* l. 1. *C. de op. lib. c.* 3. *de feriis.*

NEGLIGENTIA. 1. Ex negligentia sua nemo commodum consequi debet, l. 22. *de furt.* l. 78. *Par.* 2. *de leg.* 2.

2. Negligentia amittit qvis jus suum, *c.* 1. *X. de &c.*

3. Negligentia unius alteri nocere non debet, l. 6. *in fin. ff. de evict.* l. 3. *de transact.* l. 74. *de R. I. c.* 2. 52. *X. de elect.*

NOSTRUM. 1. Nostrum qvod semel est, ampliùs nostrum effici non potest, l. 15. *de R. I.* l. 3. *Par.* 4. *de acq. poss.* l. 14. *Par.* 1. *de exc. rei jud.*

2. Nostrum non potest à nobis sine facto nostro auferri, l. 11. *de R. I. c.* 31. *de elect. in* 6.

NOXA. 1. Noxa caput seqvitur, l. 18. *de furt.* l. 20. l. *ult. ff.* l. 1. *C. de nox. act.* l. 1. *Par.* 14. *ff. de poss.*

NULLUM. 1. Nullum ipso jure est, qvod fit contra leges, l. 5. *C. de LL. c.* 64. *de R. I. in* 6. l. *Par.* 2. *Qvod qvisq. jur.*

2. Nullum qvod est, nullum producit effectum, l. 4. *par.* 6. *de re jud.* l. 8. *par.* 2. *de bon. poss. contr. tabb.* l. 2. *de auct. tut.* l. 4. *c. de leg. her.* l. 5. *C. de legib. c.* 8. *de jur. patron.*

OBLIGATIO. 1. Obligatio non ex nostra voluntate dependere, sed propriis viribus subsistere debet, l. 27. *de V. O.* l. 22. *Par.* 1. *de R. I.*

2. Obli-

2. Obligari ex alterius conventione nemo potest, *Par.* 3. *Instit. de inut. stip.* l. 38. *pr.* & *par.* 1. l. 83. *de V. O.* l. 11. *de O.* & *A.*

3. Obligari nemo sibi potest, l. 34. *par. pen. de solut.*

4. Obligatio nulla est sine consensu ejus, qvi obligari debet, l. 1. *par.* 1. *de pact.* l. 18. l. 29. *de reb. cred.* l. 9. *de contr. emt.*

5. Is natura debet, qvem jure gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus, l. 8. *Par.* 1. *de R. I.*

6. In omnibus obligationibus, in qvibus dies non ponitur, præsenti die debetur, l. 14. *de R. I. par.* 2. *Inst. de V. O.* l. 41. *par.* 1. *de const. pec.* l. 10. *de solut.*

7. Nihil tam naturale est, qvàm eo genere qvicqvid dissolvere, qvo colligatum est, ideo verborum obligatio verbis tollitur: nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur, l. 53. *de R. I.*

8. Omnia qvæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt, l. 100. *de R. I.*

9. Fere qvibuscunqve modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum qvibus modis acqvirimus, iisdem in contrarium actis amittimus, ut igitur nulla possessio adqviri, nisi animo & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qva utrumqve in contrarium actum, l. 153. *de R. I. t. t. Inst. Qvib. mod. toll. obl.* l. 56. *de pact.* l. 3. *de resc. vend.* l. 7. *C. de pact.* l. 5. *de fidej.* l. 30. *eod.*

10. Ne-

10. Nemo ideo obligatur, qvia recepturus est ab alio, qvod præstiterit, *l. 171. de R. I.*

OBSCURUM. 1. Obscura cùm utriusqve partis jura sunt, pro possessore judicari solet, *c. 65. de R. I. in 6. de fid. instr. §. 5. de interd.*

2. Obscurum factum ex affectione ejus, qvi fecit, interpretationem capere debet, l. 168 §. 1. *de R. I. l. 96. l. 114. eod. l. 123. de V. S. l. 4. Par. 1. ff. de appell.*

3. In obscuris minimum est seqvendum, l. 9. l. 34. *de R. I. cap. 31. eod. in 6.*

4. In obscuris inspici solet, qvod verosimilius est, l. 114. *de R. I.*

ODIUM. 1. Odia sunt restringenda, l. 19. *de lib. & posth. c. renovantes 6. dist. 22. c. 15. de R. I. in 6. c. 22. de elect. in 6.*

OFFICIUM. 1. Officium suum nemini debet esse damnosum, l. 7. *ff. qvemadm. test. aper. l. 54. de R. V. l. 5. par. 13. De his qvib. ut ind. l. 29. Ex qvib. caus. maj. l. 61. par. 5. de furt. l. 26. C. de adm. tut.*

OMNE. 1. Omne qvi dicit, nihil excludit, *l. 68. pr. de leg. 3. 29. de her. inst. l. 32. par. 6. de aur. & arg. leg. l. 7. de pecul. leg. l. 52. de leg. 1. l. 32. par. f. ad L. Falcid. l. 13. C. mandat.*

ONUS. 1. Onere cum suo res transit ad qvemlibet possessorem, *c. ex literis. 5. X. de pignor. c. pen. X. de usur. c. 32. & seq. X. de usur. c. 23 & seq. X. de decim.*

2. Onere alieno nemo debet prægravari, l. 5. *Cod. de leg. tut.*

3. One-

3. Onere duplici pro eadem re nemo gravari debet, *l. 4. §. 2. ad L. Rhod. l. 43. §. 5. de leg. 2. l. 67. §. 8. ff. d. t. l. 1. §. 12. ff. de L. Falc.*

Otium. 1. Mens frustra vacans, nihil bonorum parit, *N. 132. c. 6.*

Pactum. 1. Ex conventione contractus legem accipiunt, l. 1. §. 6. *de pact. l. 25. de R. I.*

2. Illud pacto qvis in se recipere potest, qvod alias ex natura negotii facere non cogeretur, *l. 169. l. 90. de V. S. l. 48. l. pen. de pact. l. 2. l. f. C. de pact. int. emt. l. 6. 7. ff. comm. prad. l. pen. de evict.*

3. Pactum super una re interpositum, ad rem aliam non extenditur, *l. 27. par. 4. ff. de pact. l. 1. de serv. prad. urb. l. 31. C. de transact.*

4. Pacta novissima derogant prioribus, novissimisqve standum est, *l. 27. par. 2. de pact. 12. C. eod. l. 60. par. 6. ff. locat.*

5. Pacta intelliguntur rebus ita stantibus, l. 19. *par. 1. ff. locat.*

6. Pactum ad alios, qvam cum qvibus est initum, non porrigitur, l. 27. *par. 4. de pact. l. 2. C. de dot. prom.*

7. Pactis privatorum publica utilitas non mutatur, l. 2. *par. 4. C. de jur. cal.*

8. Pactum contra naturam rei interpositum validum non est, l. 7. §. 10. *de pact. l. 5. C. de LL.*

9. Contra pactum suum nemini venire licet, *l. 25. de pact. l. 11. de serv. rust. l. 13. ff. comm. prad. l. 14. C. de rei vind.*

10. Ad paciscendum nemo jure cogi poteſt, l. 3. *par.* 1. *l.* 27. *par.* 2. *de rec. arb.* l. 41. *C. de transact.* l. 57. *par.* 1. *de eVict.* l. 17. *C. de jur. delib.*

11. Pacta in continenti adjecta ipſi negotio ineſſe dicuntur, l. 4. *par.* 1. l. 43. l. 48. *de pact. l.* 27. l. 13. l. 10. *C. eod. l.* 3. *c. de cand. ob cauſ.* l. *ult. C. de pact. int. emt.*

12. Pacta conventa regulariter ſunt ſervanda, l. 1. *par.* 6. *Depoſ.* l. 1. *de pact.* l. 7. *par.* 7. *eod.* l. 1. *de conſt. pec. l.* 84. *in fin. R. I. c.* 1. *de pact.*

13. Privatorum conventio juri publico non derogat, l. 45. *par. de R. I.*

14. Alteri paciſci nemo poteſt, l. 73. *par. f. de R. I.*

15. Nec ex Prætoria nec ex ſolemni jure privatorum conventione qvicqvam immutandum eſt, qvamvis obligationum cauſæ pactione poſſint immutari & ipſo jure, & per pacti conventi exceptionem: qvia actionum modus vel per Prætorem introductus, privatorum pactionibus non infirmatur; niſi tunc, cùm inchoatur actio, inter eos convenit, l. 27. *de R. I.*

Pars. 1. In toto & pars continetur, l. 113. *ff. de R. I.*

2. Partis eadem eſt ratio, qvæ eſt totius, l. 76. *de R. V.* l. 27. §. *pen. de pact.*

Partus. 1. Partus ventrem ſeqvitur, l. 7. *C. de R. V.*

Pater. 1. Pater & filius cenſentur una eademq; perſona, *l. f. C. de impub. ſubſt. l.* 45. *Sol. matr.* l. 7. *C. de pact.*

2. Ex

2. Ex pœnalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari, l. 58. *de R. I.*

PATIENTIA. 1. Patientia idem operatur in incorporalibus, qvod traditio in corporalibus, l. 1. §. *f. de aqv. pluv. arc.*

2. Patientia inducit non solùm præsumtionem consensus, sed & præsumtionem veritatis & solennitatis, l. 4. *C. de patr. pot.* l. 47. *par.* 1. *de jur. dot.* l. *pen. de servit.* l. 20. *pr. de serv. urb. pr.*

PERITUS. 1. Peritis in arte standum est, c. 4. *X. de probat.* l. 6. *C. de re mil.*

PERMISSUM. 1. Permissa censentur omnia, qvæ non sunt prohibita, l. 5. *de probat.* l. 4. *Cod. ad L. Jul. de adult.* l. *ult. qvod qvisq; jur.*

2. Permissum post tempus, post illud censetur prohibitum, l. 29. *par.* 1. *de pact.* l. 25. *par. eod.* l. 8. *de postul.* l. 71. *par.* 10. *de leg.* 2. l. 11. *par.* 1. l. 34. *par. f. eod.* l. 36. *par.* 3. *de leg.* 3. *l.* 2. *Cod. de jur. emph.*

3. Permissum post tempus, ante illud censetur prohibitum, l. 21. *de constit. pec.*

4. Permissum censetur omne id, per qvod devenitur, ad actum permisso actu, l. 56. *de procur.*

PERPETUUM. 1. Ea perpetua præsumuntur, qvæ etsi temporalia sint, non tamen habent tempus à Jure præfixum, l. 56. *de cond. indeb.* l. 30. *de exc. tut.*

2. Perpetua sunt ad excipiendum, qvæ sunt tem-

temporalia ad agendum, l. 13. *in fin. De except. dol.* l. 2. *Cod. de dilat. l.* 1. *par. f. Cod. de ann. except.*

PERSONA. 1. Personæ industria ubi est electa, immutari ea eligentibus invitis nõ potest, *l.* 31. *de solut. l.* 9. *C. de excus. mun. c. f. X. de offic. & pot. jud. del.*

2. Qvicqvid fit contemplatione certæ personæ, non potest, nec debet eam egredi, l. 12. *Par.* 1. *l.* 14. *de prec. l.* 21. *de usur. c.* 7. *de R. I. in* 6.

PETERE. 1. Petere nemo, debet id, qvod redditurus est, l. 173. §. 3. *de R. I.*

2. Peti aut repeti ab eo nihil potest, qvi suum recipit, l. 5. *C. de pet. her. l.* 167. §. 1. *de R. I.*

3. Frustra petit is, qvi petit qvod habet. §. 6. *I. de legat.*

4. De petitorio qvando constat, frustra disceptatur de possessorio, *c.* 6. *de caus. poss. de propr.*

5. Petitoriis remediis possessoria sunt salubriora, l. 24. *de R. V. l.* 13. *C. eod. l.* 3. *C. de interd.*

6. Petitorium nihil habet commune cum possessorio, l. 12. *Par.* 1. *de acq. poss. l.* 13. *C. de R. V.*

PIGNUS. 1. Plus cautionis in re est, qvam in persona, l. 25. *de R. I. l.* 1. *C. si pign. dat.*

2. Creditor, qvi permittit rem venire, pignus dimittit, l. 158. *de R. I.* 8. *par.* 15. *ff. qvib. m. pign. l.* 2. *l.* 4. *C. de rem. pignor.*

3. Fru-

3. Fructus rei est vel pignori dare licere, l. 72. *de R. I.*

4. Plerumqve fit, ut etiam ea, qvæ à nobis abire possint, perinde in eo statu sint, atqve si non essent ejus conditionis, ut abire possint. Et ideò qvòd fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem prædio imponere possumus, l. 50. *de R. I.*

PLACITUM. 1. Qvod semel placuit, amplius displicere non debet, *c. 21. de R. I. c. 12. X. de renunc.*

PLURA. 1. Perperam fit per plura, qvod potest fieri per pauciora, l. 1. *ff. qvod met. caus. l. 39. Par. 6. 6. C. de appell.*

2. Pluralis numerus saltem dualitatem reqvirit, nec uno contentus est, l. 12. *de testib. l. 17. par. ult. de man. test. 17. par. f de V. S. l. ult. ad SC. Treb. c. 40. de R. I. in 6.*

POENA. 1. Pœnam judex lege vel statuto definitam pro suo arbitrio mutare non potest, *c. 4. Par. illic. X. de offic. de leg.*

2. Ex eodem crimine nemo sæpius est puniendus, l. 14. *de accus. l. 6. circ. fin. ff. Naut. caup. l. 24. C. de pœn. c. 4. in fin. de judic.*

Pœna augetur iterato delicto, l. 1. *ff. de jur. patron. l. 3. par. 9. de re mil. l. 4. C. de serv. fug.*

4. Qvi non habet in ære, luat in corpore, l. 7. *par. 3. de jurisdict. l. 1. par. ult. de pæn. l. 35. de injur.*

5. Crescentibus delictis pœnæ sunt exasperandæ, l. 26.

l. 16. *par. ult. ff. de l. ult. C. de inc. nupt. c.10. X. de judic. Cod. ult. X. ut lit. non contest. cap. 2. X. de test. cog.*

6. Pœna culpæ debet respondere, l. 11. l. 13. *de pœn.* l. 6. *ad L. Jul. pocul.* l. 22. *C. de pœn. c. 6. X. de homicid.*

7. Pœna debet tenere suos auctores & delinqventes, l. 22. *Cod. de pœn.* l. *ff. eod.* l. 33. *par. 1. C. de inoff. test.* l. 2. *Cod. ne ux. pro mar.* l. 23. *l. 16. de pœn. l. 3. par. 5. de mun. & hon. l. 52. Sol. matr.*

8. Pœna non irrogatur nisi expresſè jure caveatur, *N. c. 3. pr.*

9. Pœnam non meretur, qvi facit lege permittente, *l. 4. C. ad L. Jul. de adult.*

10. Pœnæ ad alios casus non sunt extendendæ, sed restringendæ, l. 155. *par. 3. de R. I. c. 49. eod. in 6.*

11. Pœna mitior in delictis in dubio est imponenda, & eligenda, l. 51. *de pœn.*

12. In pœnis benignior fit interpretatio, l. *pen. de pœn. c 49. de R. I. in 6. c. 11. de constit.*

13. Qvod à qvoqvo pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur, *l. 46. de R. I.*

14. Illi debet permitti pœnam petere, qvi in ipsam non incidit, l. 154. *Par. 1. de R. I.*

POENITENTIA. 1. Sola pœnitentia innocentem non facit, l. 17. *de ædil. edict. l. 3. in fin. C. de apost. l. 65. de furt. l. pen. de vi bon. rapt.*

Pos-

POSSESSIO. 1. Possessionis causam nemo sibi mutare potest, l. 13. *par.* 1. *de hered. pet.* 3. *par.* 19. 18. *pr.* l. 19. *par.* 1. *de acq. poss.* l. 5. C. *acq.* poss. l. 1. *par. f. pro donat.* l. 23. *de probat.*

2. Possessionis suæ titulum nemo invitus tenetur indicare vel ostendere, 11. *C. de her. pet.*

3. Possessio unius ejusdemqve rei ex pluribus causis potest acqviri, *l.* 1. *par.* 4. *de acq. poss.* *l.* 1. *pr. ff. in f. pro soc.*

4. Possessione sua vel qvasi nemo decedere cogitur ante causæ cognitionem, *l.* 1. *C. si per* vim. *l. ult. C. de R. V. c.* 7. *de restit. spol.*

5. Possessio antiqvior præferenda est recentiori, *c.* 6. *de probat.*

6. Possidere juste dicitur, qvi autore Prætore possidet, *l.* 137. *de R. I.* l. 11. *de acq. poss.*

7. Ille possidet, cujus nomine possidetur, *c.* 17. *X. de præscript. c.* 9. *X. de restit. spoliat.*

8. Qvi dolo desiit possidere, pro possessore habetur & damnatur, l. 31. *de R. I.*

9. Parem esse conditionem oportet ejus, qvi qvid possidet, vel habet, atqve ejus, cujus dolo malo factum est, qvo minùs possideat, vel habeat, *l.* 150. *de R. I.*

10. Semper qvi dolo fecit, qvò minùs haberet, pro eo habendus est, ac si haberet, l. 157. §. 1. *de R. I.*

11. Possessorem omnem seqvitur rei vitium, *c.* 18. *X. de restit. spol. c.* 5. *X. de pignor.*

12. Cùm de lucro duorum qværitur, melior est causa possidentis, *l.* 126. *par.* 1. *de R. I.*

13. In pari causa possessor potior haberi debet, *l.* 128. *de R. I. l.* 8. *de cond. ob turp. l.* 2. *eod. l.* 10. *de pign. & hyp. l.* 24. *de R.V. f.* C. *eod. l.* 4. *C. de edend.*

14. Ut nulla possessio adqviri, nisi animo & corpore potest; ita nulla amittitur, nisi in qva utrumqve in contrarium actum, *l.* 135. *de R. I.*

15. Cùm par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa, sicuti fit, cùm de dolo excipitur petitoris. Neqve enim datur talis replicatio petitori; *Aut si rei qvoqve in ea re dolo actum sit*, *l.* 154. *pr. de R. I.*

POSTERIORA. 1. Posteriora derogant prioribus, l. 28. *de legib. l.* 64. *par.* 6. *ff. Locat. l.* 1. *in fin. de stip. serv. l.* 27. *par.* 1. *de pact. l.* 6. *par.* 2. *de jur. codic.*

POSSE. 1. Posse qvis non dicitur, qvod contra jus potest, qvia verba sunt intelligenda secundùm jus, l. 54. *par.* 1. *Locat. l.* 25. *de V. S. c.* 18. *de rescript. c.* 8. *de consvet.*

2. Posse non dicitur qvis ea, qvæ honestè non potest, l. 25. *de V. S.*

POTESTAS. 1. Qvi ipse in potestate est, alium in potestate habere neqvit, l. 21. *ad L. Jul. de adult.*

PRAECEDENTIA. 1. Præcedentia intelliguntur secundùm subseqventia, l. 50. *par. f. de leg.* 1. *l.* 4. *par. f. de pen. leg. l. f. par.* 1. *de trit. vin. leg.*

PRAEJUDICIUM. 1. Alteri per alterum præjudicari & iniqva conditio inferri non debet, l. 74. *de R. I. l. 17. Cod. fam. erc. l. 27. par. 4. de pact.*

PRAESCRIPTIO. 1. Præscriptio nulla currit adversus agere impeditum, l. 1. *parr. 1. Cod. de ann. exc. Auth. nisi C. de bon. mat. l. 4. in fin. C. de bon. qvæ lib.*

2. Præscriptum tantum censetur, qvantum possessum, l. 1. §. 4. *de itin. actuq; priv. l. 18. par. f. de acq. poss. c. 18. de præscr. c. 3. de R. I. in 6.*

3. Præscripta accensentur rebus judicatis ac transactis, l. 1. *in fin. ad SC. Tert. l. 3. l. 4. l. 7. C. de præscr. 30. ann.*

PRAESUMTIO. 1. Præsumtio specialis potentior est generali, l. 7. *de in integr. rest. l. 25. de probat.*

2. Præsumtionem vincit probatio, l. 24. *l. 27. de probat.* l. 10. *C. de non num. pec.*

3. Præsumtio cedit veritati, qvia veritas prævalet præsumtioni, l. 57. *de jur. dot. l. s. pr. Qvod met. caus. l. 25. de probat. l. 30. C. de jur. dot.*

4. Præsumtio una tollit debiliorem, l. 7. *de in integr. rest. l. 30. de vulg. subst. l. 1. C. qvi & adv. qvos l. f. C. de inst. & subst. c. 26. de spons.*

5. Præsumtio fortior tollit debiliorem, l. 7. *de in integr. rest. l. 67. de rit. nupt. c. 14. de præsumt.*

6. Præsumtio una cedit pluribus, l. 3. *par. 1. de testib. l. 25. pr. de prob. Auth. Itaq; C. comm. de success.*

PRETIUM. 1. Aliud est pretium, & aliud res ipsa, l. 42. *par. 1. de usufr. l. 82. pr. de V. O. l. 28. de Novat. l. 48. par. f. De furt.*

2. Pretium succedit loco rei, *l. 22. ff. de pet. her. l. 28. par. 1. l. 23. par. f. de leg. 2. l. 55. de don. int. vir.*

PRIVILEGIUM. 1. Privilegium non debet dari in præjudicium & injuriam alterius, *c. 2. X. de relig. dom. c. 2. X. de eccl. ædific. cap. 21. X. de V. S. l. 40. de admin. tutel. l. 8. de prat. stip.*

2. Privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio suo, l. 8. *pr. de exc. tut. l. 11. Cod. qvi pot. in pignor.*

3. Privilegium personale personam seqvitur & cum persona extingvuntur: Reale verò etiam ad heredes transmittitur, l. 68. l. 196. *ff. de R. I. c. 7. ead. in 6.*

PROBATIO. 1. Affirmanti incumbit probatio, *c. 30. de sent. excomm. c. ult. 6. q. 5. c. bona 23. X. de elect. c. 5. X. de renunc. c. 11. X. de probat.* Vid. actor.

2. Probatio debet de necessitate concludere, l. 39. *de pact. l. 4. C. de l. her. l. 10. C. de probat. c. 1. eod.*

3. Probatio dubia & incerta non relevat probantem, *l. 10. Codic. de probat. cap. 8. eod. l. 10. de reb. dub. l. 30. de test. tut.*

PROCURATOR. 1. Invitus nemo cogitur defendere, l. 150. *de R. I. l. 43. par. 6. l. 8. par. 2. de procur.*

2. Qvi alienam rem defendit, nunqvam locu-

cuples habetur, l. 166. *de R.I. h. e. non admittitur sine satisdatione*,

3. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, sine satisdatione, l. 110. *par. 1. de R. I.*

PRODIGUS. 1. Furiosi, vel ejus, cui bonis interdictum, nulla voluntas est, l. 40. *de R.I. l. 1. ff. de cur. fur. & prod. dand.*

PROHIBITIO. 1. Prohibitionis causa cessante, cessat ipsa prohibitio, *c. quoniam par. porro par. C. ult. Ut lit. nõ contest. c. 60. de appell. l. 6. par. 2. de jur. patron.*

2. Prohibitum una via, non censetur alia permissum, l. 31. *de pact. l. 8. par. 20. de transact. l. 4. par. 3. de his qui not. in f. l. 32. ad L. Aq. l. 13. par. 1. de tut. dat. l. 3. par. 13. de bon. poss. contr. tabb. c. 84. de R. I.*

3. Prohibitum uni, aliis censetur concessum, *l. 8. de accus. l. 52. de judic. l. 18. de testib. c. 5. de præsumt.*

4. Prohibito uno censentur omnia prohibita, per quæ pervenitur ad illud unum, l. 16. *de sponsal. l. 5. par. 3. de auct. tut. l. 26. in fin. C. de usur. l. 7. in fin. C. de natur. lib. l. f. C. de reb. alien. non alien. c. 39. de R. I. in 6.*

5. Prohibitum directò non potest fieri per indirectum, l. 27. *ad L. Falc. l. 21. par. 1. de tut. dat. l. 26. C. de usur. c. 2. de præb. in 6. c. cùm quid de R. I.*

6. Prohibitum ad tempus, post tempus videtur esse permissum, l. 22. *de LL. l. 8. de postul. l. 27. par. 1. de pact. l. 52. par. f. eod. l. 38. par. 3. de leg. 3.*

 7. In

7. In pari causa melior est conditio prohibentis, l. 28. *Comm. div.*

PROPRIUM. 1. Proprietas verborum dum attenditur, plerunqve sensus veritatis amittitur, *c. 9. X. de V. S.*

2. In re propria cuilibet suæ utilitati inservire licet, l. 8. *par. 5. Si serv. vind. l. 24. par. ult. l. 26. de damn. inf. l. 1. par. 12. l. 21. de aq. pluv. arc.*

PROTESTATIO. 1. Protestatio conservat jus protestantis illæsum, *l. 8. par. 6. de op. nov. nunc. l. 20. de acq. her.*

3. Protestatio contraria facto non relevat, l. 60. *par. 6 Locat. c. 20. de offic. de leg. c. ult. de homic.*

PROVISIO. 1. Melius est in tempore occurrere, qvàm post exitum vindicare aut remedium qværere, l. 1. *Cod. qvand. unic. lic.*

2. Provisio hominis facit cessare provisionem legis, *arg. l. 3. C. de test. tut. l. f. C. de pact.*

PUPILLUS. 1. Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi appositâ tutoris auctoritate creditur: nam qvod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est, l. 109. *de R. I.*

2. Pupillus pati posse non intelligitur, l. 110. *par. 2. de R. I. Hoc est*, Ex patientia & tacito consensu obligari, *vid. l. 14. Locat. l. 1. C. de fals. mon. l. 19. de aq. pluv. arc.*

3. Pupillus tutore auctore omnia agere potest, l. 5. *de R. I. l. 6. Rem pup. salv. for. l. 9. de acq. her. l. bonorum Cod. qvi adm. ad bon. poss.*

4. Pu-

4. Pupillus, qvi proximus pubertati eſt, capax eſt furandi, & injuriæ faciendæ, l. 111. *de R. I.*

5. Neqve in interdicto, neqve in cæteris cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris, ſive ſolvendo eſt, ſive non eſt, l. 198. *de R. I.*

6. In negotiis contrahendis alia cauſa habita furioſorum, alia eorum, qvi fari poſſunt, qvamvis actum rei non intelligant. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: Pupillus omnia tutore auctore agere poteſt, l. 5. *de R. I.*

RARUM. 1. Ea qvæ rarò accidunt, non temerè in agendis negotiis computantur, *l. 64. de R. I.*

RATIHABITIO. 1. Ratihabitiò retrotrahitur & mandato comparatur, *c. 2. X. de pact. c. 10. de R. I. in 6. c. 11. X de jur. patrona. c. f. de jurej. in 9. c. pen. X. de ſentent. excomm. in 6.*

2. Ratum qvis habere non poteſt, qvod ipſius nomine non eſt geſtum, l. 13. *de precar. c. 23. de ſent. excomm. in 6. c. 9. de R. I. in 6.*

3. Ratificatio eſt ſtricti juris, nec ultra, qvàm actum eſt, extenditur, l. 35. *de pact. l. 9. de transact.*

4. Ratificatio in delictis habet vim mandati, l. 152. §. 2. *de R. I. l. 1. §. 12. de vi arm.*

5. Semper qvi non prohibet pro ſe intervenire, mandare creditur: Sed & ſi qvis ratum

habuerit, qvod honeſtum eſt, obſtringitur mandati actione, l. 69. *de R. I.* l. *f.* c. *de SC. Maced.* *l.* 1. §. *Si ratum ff. qvod juſſu.*

RATIO. 1. Ratio eſt anima legis, l. 17. *de Legib.* *l.* 7. *ff. de bon. damn.*

2. Ratio ubi eſt eadem, ibi debet eſſe eadem juris diſpoſitio, l. 32. *ad L. Aqv. l.* 27. *par.* 2. *ad L. Jul. de adult. l.* 9. *par.* 2. *de edend. l.* 5. *par. f. Naut. caup. l.* 64. *de furt. l.* 19. *Cod. de SS. Eccleſ.*

2. Ratio potiùs, qvam verba eſt ſpectanda, l. 13. §. 2. *de excuſ. tut.*

REGULA. 1. Regula eſt, qvæ rem, qvæ eſt, breviter enarrat: non ut ex regula jus ſumatur: ſed ex jure, qvod eſt, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) qvaſi cauſæ conjectio eſt, qvæ ſimul cùm aliqvo vitiata eſt, perdit officium ſuum, l. 1. *ff. de R. I.*

2. Regulam habens pro ſe, jus certum habere dicitur, donec contrarium probetur, l. 5. *de probat. l.* 4. *par.* 1. *in fin. de her. inſt.* 1. *f. de reſt. ſpol. in* 6.

3. Regula nulla tàm firma eſt, qvæ non patiatur exceptionem, *arg. l.* 3. *pr. & par.* 1. *de injur. l. ult. C. in qvib. cauſ. reſt. pr. I. de ſatisd.*

4. Regula confirmatur exceptione in caſibus non expreſſis, *Aug. Barboſ. locup. lib.* 16. *cap.* 22. *axiom.* 5.

5. Regulæ in dubio inhærendum eſt, donec contrarium, ſive exceptio probetur, *c.* 2. *de reſt. ſpol.*

ʃpol. in 6. l. 5. de prob. l. 19. Cod. de SS. Eccl. l. ult. Cod. de her. inʃt. l. 21. Cod. de fur.

RELATUM. 1. Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qvalitatibus, *l. 77. de her. inʃt. l. 38. de cond. & dem. l. 5. par. 1. de re jud. l. 14. de dot. præl. l. 10. de cond. inʃt.*

2. Referenti non creditur, niſi conſtet de relato, *Auth. ſi qvis C. de edend. l. 31. de cond. & dem.*

REMEDIUM. 1. Remedia plura qvoties uni competunt, uno ſublato, ad aliud ut recurramus non eſt prohibitum, *l. 17. de aq. pluv. arc. l. 21. de ſerv. urb. l. 91. de R. I.*

2. Remedium ordinarium ubi datur, non conceditur extraordinarium, *l. 9. pr. ff. de edend. l. 16. de minor. l. 32. in fin. de damn. inf. l. 1. par. 2. de publican. l. 11. De Carb. ed.*

REMISSIO. 1. Remiſſio certi juris eſt donatio, *l. 12. de novat. l. 22. C. de pact. l. 115. de R. I. l. 6. par. 11. l. 18. Qvæ in fraud. cred. l. 23. de donat. l. 4. C. de novat.*

2. Remittens jus ſuum, eo ampliùs uti non poteſt, *l. 14. §. 9. de ædil. ed. l. 1. §. 6. de ſucceʃʃ. edend.*

RENUNCIATIO. 1. Qvilibet juri pro ſe introducto renunciare poteſt, *l. 26. C. de pact. c. 5. V. de renunc. c. 17. X. de for. comp. c. 6. X. de privil.*

2. Renuncianti juri ſuo, non datur regreſſus ad illud qvod repudiavit, *l. 17. §. 1. de acq. her. l.*

14. §. 9.

14. §. 9. *de ad. ed. l.* 11. *Si qvid inf. patr. l.* 4. *Cod. de pact. c.* 3. *X. de renunt.* l. 11. *C. de reb. cred.*

3. Renunciari juri, qvod nondum est delatum, non potest, *l.* 3. *de R. I. l.* 18. *de acq. her.*

4. Renunciationes ultra specificata non sunt extendendæ. l. 21. *C. ad SC. Vell.* l. 35. l. 47. §. 1. *de pact.* l. 9. *S. f. de transact.*

5. Renunciare nemo intelligitur juri suo, qvod ignorat, l. 19. *de inoff. test.* l. 8. *de pet. her.*

6. Renunciationes, qvæ sunt contra jus publicum, seu contra bonos mores, ex turpi causa vel dolo initæ, item qvæ juri à re privata remoto adversantur, aut ex natura rei vel materiæ, super qva interponuntur, deficiunt omnes omninò nullius sunt momenti, *l* 7. §. *aut Prætor. ff. de pact.* l. 6. l. *pen. C. eod Cædd. ad* l. 3. *pr. n.* 35. *de ff. de V. S.*

Reprobatio. 1. Reprobatio unius ex duobus præpositis, videtur includere approbationé alterius, l. 20. §. *f. de test. mil. c.* 5. *de præsumt.*

2. Reprobari ampliùs non potest semel approbatum, *c.* 9. *X. de accus.*

Repudiatio. 1. Repudiare id non potest, qvod qvis si velit, habere non potest, *l.* 174. *par.* 1 *de R. I.* l. 4. l. 18. *de acq. poss.*

Res. 1. Res sua nemini invito debet auferri, §. *ult. I. de his qvi sui vel. l.* 25. *par.* 1. *Sol. matr. l.* 9. *Codic. de judic.*

2. Rei suæ qvilibet liber est moderator & arbiter, ut possit facere qvicqvid velit, l. 41. *de pact. l.* 21. Cod. *mandat.*

3. Res transit cum suo onere ad qvemcunqve vadat,

vadit, l.23.*de nov. op.nunc. l.*18.*par.*2.*de pign. act.l.*1.*C.de distr.pign.l.*40.*de man.test.l.*23.*de manum. l.*13.*par.* 1. *de acq. poss.* l.*f.par.f. de contr.emt.l.*23.*par.*2.*de S.R.P.*

4. Res sua nemini servire potest, *l.*41. *de pign. act.* l, 26.*de serv.urb.pr.l.*5. *ff.Si ususfr.pot.*

5. Res inter alios acta aliis nocere non debet, *l.*45.*de re jud.l.*63.*eod.l* 9.*par. f. de jurej. l.*10. *eod. t.t.Cod.res int. alios act.*

6. Res una & eadem diverso jure censeri non debet, l.13 *de usuc. c.*30.*X.de decim.*

Reservatio. 1. Reservatio nihil juris de novo tribuit, *l.*14.*par.*8.*de relig.* l.*pen. de acq.qvot.*

2. Reservatio præsupponit jus reservatum antecedere, *Cons. Argent.*1. *cons.*24.*n.*38.

Res judicata. 1. Res judicata pro veritate habetur, *l.*16.§.11.*de cond.ind.* l.36.*fam.erc l.*25. *de stat.hom.l.*207.*de R.I.l.*1. *C. qvand. prov.*

2. Res judicata facit jus irretractabile inter partes, *l.*23 *par.*3.*de cond.ind.c.*13.de *re jud.*

Reus. 1. Reum inauditum condemnare juris ordo non patitur, *l.*74. de *judic. l.*4. *Cod.* de *sent.& int.*l.6.*Cod.* de *accus.*l.6. *Codic.und. vi* l. 1.*& t.t.Cod.* de *reqvir.reis.*

2. Reus excipiendo fit actor & probationis onere gravatur, l 1.*Cod.de sicar.c.frater.*47.*dist.* 50.*c.un. par.si qvis. de pac. ten.*

3. Rei partes favorabiliores sunt partibus actoris, l.125.de *R.I.* l.17.*C.de probat.*

Servus. 1. Velle non creditur, qvi obseqvitur imperio patris, vel domini, l.4.de *R. I.*

2. Ad ea, qvæ non habent atrocitatem facinoris

ris vel ſceleris, ignoſcitur ſervis, ſi vel dominis, vel his, qvi vice dominorum ſunt (veluti tutoribus & curatoribus) obtemperaverint, *l.157.pr. de R.I.*

3. Qvæ legata mortuis nobis, ad heredem noſtrum tranſeunt, eorum commodum per nos his, qvorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acqvirimus, aliter atqve qvod ſtipulati ſumus: Nam & ſub conditione ſtipulationis, omnimodò eis acqvirimus, etiamſi libertatis nobis poteſtate Domini, conditio exiſtat, *l.* 18. *de R. I.*

4. Servitutem mortalitati comparamus, *l.* 209. *de R. I.*

5. Qvod attinet jus civile, ſervi pro nullis habentur, non tamen & jure naturali: qvia qvod jus naturale attinet, omnes homines æqvales ſunt, *l.*32. *de R. I.*

6. In his, qvæ officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſervus intervenire non poteſt, *l.* 175. *de R. I.*

7. In perſonam ſervilem nulla cadit obligatio, *l.*22. *de R. I.*

8. Cum ſervo nulla actio, *l.*107. *de R. I.*

9. Qvi in ſervitute eſt, uſucapere non poteſt, nam cùm poſſideatur, poſſidere non videtur, *l.* 118. *de R. I.*

10. Servus reipubl. cauſa abeſſe non poteſt, *l.* 211. *de R.* I.

11. Melior conditio noſtra per ſervos fieri poteſt, deterior fieri non poteſt, *l.* 133. *de R.* I.

12. Qvod qvis dum ſervus eſt, egit, proficere libero facto non poteſt, *l.* 146. *de R.I.*

SOCIE-

SOCIETAS. 1. Socii mei ſocius, ſocius meus non eſt, *l.47.§.1.de R.I. l.20.C. pro ſoc.*

SOLUTIO. 1. Qvod juſſu alterius ſolvitur; pro eo eſt, qvaſi ipſi ſolutum eſſet, *l.180. de R.I.*

2. Solutione ejus, qvod debetur, tollitur & extinguitur obligatio, *l.5. Cod. de ſolut. l.5.ff. qvib.mod.pign.pr.Inſt.qvib.mod.toll.obl.*

3. Solutionem diminutam creditor recipere non tenetur, *l.41 §.1. de uſur.*

4. Solvens in dubio videtur ſolvere de pecunia ſua, & non de pecunia illius, cujus nomine ſolvit, *l.10. de Cod. arb. tut.*

5. Solvens alii, qvàm vero creditori non liberatur, *l.27.§. pacta ff. de pact.*

6. Aliud pro alio invito creditori ſolvi non poteſt, *l.1.§.1. Si cert.pet.*l.21.§.*f. de conſt.pec. l.6.par.1.qvib.m.pign.*l.16.l.17.*C.de ſolut.*

7. Solvere minus dicitur qvi tardius ſolvit, & plus ſolvere dicitur qvi ſtatim ſolvit, l.22.*par.1.* l.32.*de V.S.* l.85.*de ſolut.par.33.* l.*de action.*

SPECIES. 1. Semper ſpecialia generalibus inſunt, l.147.*de R.I.* l.47.*de leg.3.* l.6.*de adim. leg.*l.127.*de V.S.*l.23.*de S.V.P.*

2. In toto jure generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimum habetur, qvod ad ſpeciem directum eſt, l.80.*de R.I.* l.41.*de pœn.* l.119.*de V.O.*l.2.*de trit.leg.*l.16.*par.2.de alim.leg.*l.1.*de aur.leg.* l.10.*de man.teſt.*

3. Plus eſt in ſpecie qvàm in genere, l.2.*de V.S.*l.87.*eod.*l.1.*par.2.de aq.plu.arc.*

SPO-

SPOLIUM. 1. Spolium non committitur absqve possessione, l.1.*par.19. de Vi arm.*

2. Spoliatus ante omnia restituendus est, nec respondere tenetur ad actionem à spoliante intentatam, anteqvam ei restitutio facta, l. 1.*par.* 31.l.12.l.18.*de Vi arm.*l.7.*C.ad L.Jul.de Vi priv. c.1.c.f. de ord.cogn.c.1.3.q.2.c.7.X.de rest.spol, c.ult.5.q.2.*

STIPULATIO. 1. Stipulari alteri nemo potest, l.38.§.17.*de V O.par.4. par.19.I. de inut. stip.*l.73.*par.4.de R. I.*

2. Stipulatio sine causa, hoc est, sine contractu, est nulla, l.108.*de V.O.*l.2.*par.3.de dol. exc.*

3. In stipulationibus id tempus spectatur, qvo contrahimus, l.144.*par.1.de R. I.*

SUBROGATUM. 1. Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur, l.10.*par.2. Si qVis caut.l.28. par.1.de cond. & dem. l. un. par.1.C.de rei ux.act.*l.32.*de jur.dot.l.18. qVod met.c.l.3.de noVat.*

SUCCESSIO. 1. Qvamdiu locus est successioni ex testamento, ab intestato hereditas non debetur, *l.89.de R.I.*l.3.*de acq. her. l.69. eod. l.37. de her. inst.*

2. Successio viventis est nulla, *l.94.de aq.her.*

3. Successori non licet, qvod auctori suo non licuit, l.11.*de diV.& temp.praesc.* §.11.I.*de usuc.* l.1.*l.2.C.adV.cred.*l.23.*l.27.de except.*

4. Nemo plus juris in alium transferre potest, qvàm ipse habet, *l.54. de R. I.*

5. Qvod ipse, qvi contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstabit, *l.143.de R.I.*

6. Qvi

6. Qvi in jus dominiumvè alterius succedit, jure ejus uti debet, *l.177. de R.I.*

7. Qvoties duplici jure defertur alicui successio, repudiato jure novo, qvod ante defertur, supererit vetus, l.91. *de R.I.*

8. Qvò tutela redit, eò hereditas pervenit, nisi cùm fœminæ heredes intercedunt, *l.73. de R. I.*

Superfluum. 1. Superflua non nocent, *l.28. C. de testam.*

2. Superflua omnia sunt reprobata, *l. f. C. qvi adm. ad bon. poss.*

3. Superfluis actibus non debemus uti, *l. 14. par. 1. Ut leg. nom.*

Surdus. 1. Ubi non voce, sed præsentia opus est, mutus si intellectum habet, potest videri respondere; idem in surdo: hic qvidem & respondere potest, l. 124. *de R. I.*

Tacere. 1. Qvi tacet, non utiq; fatetur: sed tamen verum est, cum non negare, *l.142. de R.I. c.44. eod. in 6.*

2. Expressa nocent, non expressa non nocent, *l.195. de R. I.*

Tempus. 1. Tempore qvi prior est, potior est jure, *c.IX. de major. & obed. c.24. X. de jur. patron. c.44. de R.I. in 6. l.29. l.201.* de *R. I.*

2. Temporis tractu non confirmatur, qvod ab initio non subsistebat, *l. qvoties ff. de R.I.*

3. Tempus non est modus tollendæ, nec inducendæ obligationis, *l.44. §.1. de O. & A. par.3. I. de V. O.*

Testamentum. 1. Testamento favor tan-

tantus eſt, ut in dubio pro validitate eorum ſit judicandum, *l.85.de R.I. l.10.de inoff.teſt.* l.43. *de relig.*

2. Qvæ in teſtamento ita ſunt ſcripta, ut intelligi non poſſint, perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent, l.73.§.3. *de R.I.*

3. Ubi pugnantia inter ſe in teſtamento jubentur, neutrum ratum eſt, l.188.*de R. I.*

4. Teſtandi facultas extendi, non reſtringi debet, *l.12.par.9.pro ſoc.l.ſ.C.de pact.*

5. In teſtamentis pleniùs voluntates teſtantium interpretantur, l.12.*de R. I.*

6. Qvamdiu poſſit valere teſtamentum, tamdiu legitimus heres non admittitur, l. 89. *de R. I.*

7. Si nemo ſubiit hereditatem, omnis vis teſtamenti ſolvitur, l.181.*de R.I.*

8. Jus noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtato & inteſtato decesſisſe, earumqve rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus, l.7.*de R.I.*§.5.*inſt.de her.inſt.*

9. Qvæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſt facto convaleſcere non poteſt, l.210.*ff.de R.I.*

10. Omnia, qvæ ex teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum eventus capiunt, ſi initium qvoqve ſine vitio ceperint, l.210.*de R.I.*

11. Cùm tempus in teſtamento adjicitur, credendum eſt pro herede adjectum, niſi alia mens fuerit teſtatoris, l 17.*de R. I.*

12. Teſtamenta perfectionem primùm ſumunt à die

à die mortis testatoris, l. 19. *C. de testam. l.4. de adim. leg.* l. 1. *de testam.*

13. Testamenti facultas nemini est auferenda, *l. 15. l. f. C. de pact. l.* 1. *C. de SS. Eccl.* l. 61. *pr.* de *V. O.* l. 43. *pr. de vulg. subst.*

14. In testamento nemo cavere potest, ne leges in suo testamento locum habeant, *l.* 55. *de leg.* 1. *l.* 45. §. 1. *de R. I.* l. 38. *de pact.*

15. Testamentum est qvid individuum, l. 9. *C. qvi testam. fac.*

16. Testamentum ex solius testantis, non etiam alterius arbitrio dependere debet, *l.* 32. *l.* 68. *de her. inst.* l. 19. *Cod. de testam. l.* 52. *de cond. & dem.*

17. Testamenta usqve ad mortem minui, corrigi, mutari & revocari possunt, *c. ultima* 23. *q.* 2. l. 19. *C. de testam. l.* 6. *C. qvi test. fac.*

TESTIS. 1. Testis unus, est testis nullus, *l.* 9. *Cod. de testib. c.* 2. *X. eod.*

2. Testis non juratus plenam fidem non facit, l. 9. *Cod. de testib. c* 39. *X. eod.*

3. Testis in sua causa nemo est idoneus, l. 10. *Cod. de testib.* l. 10. *ff. eod. c.* 14. *X. d. t.*

4. Qvotiescunqve lex numerum testium absqve præfinitione reqvirit, tunc videntur duo sufficere, *l.* 12. *de testib. l.* 217. *in fin. de V. S.*

TRANSACTIO. 1. Transactiones sunt stricti juris, l. 11. *l.* 99. *de V. O. l.* 31. *C. de transact.*

2. Transactio est species alienationis, l. 1. *Par.* 6. *Si qvid in fraud. patr. l.* 4. *C. de prad. min.*

3. Transactionis non minor est vis atqve auctoritas,

ctoritas, qvàm rei judicatæ, *l.20.Cod.de Transact.l.2.de jurejur. l.56. de re jud.*

4. Transactio nulla dato, aut retento aut promisso non subsistit, *l.38. C. de transact.*

TUTELA. 1. Qvò tutela redit, eò hereditas pervenit, nisi cùm fœminæ heredes intercessissent, *l. 73. pr. de R. I.*

2. Nemo potest dare tutorem cuiqve nisi ei, qvem in suis heredibus, cùm moritur, habuit, habiturusvè esset, si vixisset, *l.73. §.1.de R. I.*

3. Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi adpositâ tutoris auctoritate, creditur: nam qvod animi judicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est, *l.109.de R. I.*

4. Neqve in interdicto, neqve in cæteris caussis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non, *l. 198. de R. I.*

5. Tutorem habenti tutor dari non potest, *l.27.de test.tut.* l.20.§.1. *de tut.dat. par. pen. l. de curat.*

VERBUM. 1. Verba sunt consideranda pro voluntate loqventis, *l.1.de cond.& dem.*

2. Verba sunt intelligenda non secundùm qvod sonant, sed secundùm mentem, & intentionem proferentis, *l.19. pr. Si cert. pet. l.3. par. 4. de itin. act. priv. l. 13. par. 2. de excus. tut.* l.69. *de leg.* 3.

3. Verba sunt signa, & testimonium mentis nostræ, & demonstrant voluntatem animi, *l. 7. par.2.de supp.leg.* l.21. *de tut. & cur.l.1.par.3. ad L. Corn. de sic.*

4. Verba

4. Verba sunt intelligenda, & interpretanda secundùm propriam significationem, *l.1.par. 19. de exerc.act.l.3.par. hac Verba ff.de neg.gest.l. 69.de leg.3.l.8.par.1.de Vulg. subst.*

5. Verba debent intelligi secundùm communem usum loqvendi, *l.51.par.4. de leg. 3. l.7. de suppell.l.leg.18.par.3. ff.de fund.instr.*

6. Verba sunt intelligenda secundùm subjectam materiam, & naturam actus, seu contractus, *l.77.par.26.de leg.2. l.15. par.4. Locat. l. 11.par.2.de jurejur.l.f.C.de non num. pec.l.80. in fin. de contr. emt.*

7. Verba debent intelligi cum effectu, *l.1.par. 2.Qvod qvisq. jur.l.pen.par.2.Ne qvis cum l.6. qvi satisd.l.4.par.6. de re jud.*

8. Verba debent aliqvid operari, & non debent esse superflua, *l.3.pr. de jurejur. l.109. de leg. 1. l.f. Ne qvid in loc. publ. c.10. in fin. de privil. in 6.*

9. Verba dubia, qvæ habent varium significatum, debent intelligi in eo significatu, qvi est aptior, *l.67.de R.I.*

10. Verba in dubio sunt interpretanda naturaliter, propriè & verè, non autem accidentaliter, civiliter, & fictè, *l.76.de cond.& dem.l.121.par. 2. de V.O. l.51.par.f. de leg.2. l.f.C.de his qvi ven. atat.*

11. Verba in dubio sunt intelligenda simpliciter, & non secundùm qvid, *l.45. in fin. de leg. 3.l.1. par.3. de V.O.*

12. Verba ubi non conveniunt, dispositio non

non habet locum, *l.4. par.6.de damn. inf. l. 21. de mil. test.*

13. Verba dubia contra, proferentem sunt interpretanda, *l.39.de pact. l.99. de V. O. l.21. de contr.emt. l.9. par. f. de transact.*

14. Verba præcedentia declarant seqventia, & è converso, *l. 23. de pet. her. l.17. pr. l.50. par. f. de leg. 1.*

VINCERE. 1. Vincens vincentem te multo magis vincit te, *l.14.par.3.de div.& temp. præscr. l.5. ad SC. Tert.*

VINCULUM. 1. Vincula duo fortiùs ligant, qvàm unum, *Auth. Itaq; C. comm. de succ.*

VIS. 1. Vim vi repellere licet, *l. 3. de I. & I. l.1.& t. t. de vi arm. l.45.§.4. Ad L. Aqv. l.3. C. ad L.Corn. de sicar. c.18. de homicid. c.3. c.23. de sent. excomm.*

2. Non videtur vim facere, qvi jure suo utitur, & ordinaria actione experitur, *l.155. par.1. ff. de R. I.*

3. Vi factum id videtur esse, qva de re qvis cùm prohibetur, fecit; clam, qvod qvisq; cùm controversiam haberet habiturumvè se putaret, fecit, *l.72.par.2.de R.I. par. 5. 6. 7. 8. 9. ff. qvod vi aut clam.*

4. Hoc jure utimur, ut qvicqvid omninò per vim fiat, aut in vis publicæ aut privatæ crimen incidat, *l.152. de R. I.*

VITIOSUM. 1. Qvod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere, *l.29.de R. I. l. 1. par. 2. C. de contr. jud. l. 1. de*

reg.

reg.Caton. l.25.C.de *don. int.Vir,c.*18.de *R. I. in* 6.*pr.l.*de *exh.lib.*

UNIVERSITAS. 1. Univerſitas non moritur, l. 79 de *judic. arg.* l. 56. de *uſur. l.* 8. *de uſufr. leg.*

2. Univerſitas qvod debet, ſinguli non debent, l.7. *qVod cujusq.*

VOLUNTAS. 1. Voluntas ultima pro lege eſt ſervanda, *c. ultima.* 4. 13. *q.*2, l. 1. *C. de SS. Eccl.*

2. Qvæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfacto fiunt neceſſitatis, *l.*5.*C.*de *O. & A. l.*17. §. *ſicut. ff.commod.c.*12.*X.de renunc.*

3. Volenti non fit injuria, *l.*187.*de R.I. c. ſcienti*, d. *t. in* 6.

4. Voluntas in mente retenta nihil operatur, *l.*7. *C.de cond. obl. cauſ.*

5. Voluntas coacta, voluntas eſt, *l.*21. *par.*5. *QVod met. cauſ.* l. 17. *qVi à qV. man. par.* 1. *Inſt. de except.*

6. Voluntas ultima deambulatoria eſt uſqve ad mortem, *l.*4. de *adim. leg.* l. 32. *par.* 10. de *don. int. Vir. c.* 6. *Verſ. cæterum, De celebr. miſſ.*

7. Voluntas morte extinguitur, *l.* 4. *locat.* d. *l.*32.*par.*5. *l.* 41, *par.*13.*de leg.*3.*l.*15.*C.mand.*

8. Velle non creditur, qvi obſeqvitur imperio partis vel domini, *l.*4.*de R. I.*

9. Ejus eſt nolle, qvi poteſt & velle, *l.* 3. *de R. I.*

 10. Qvod

10. Qvod qvis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest, *l.174. par.1. de R. I.*

UTILE. 1. Utile per inutile non vitiatur, *l.1. §.17. de aq. qvot. l.7. de rec. arb. l.37. de exc. tut. c.37. de R.I. in 6. c. ult. X, de procur.*

UTILITAS. 1. Utilitas publica præferenda est utilitati privatæ, *l.3. §.14. ad SC. Syll. l.3. C. de primip. l. un. Par. 14. C. de cad. toll. l. 10. C. de SS. Eccl. Auth. res qva, in fin. post. l. ult. par. 3. C. comm. de leg. c. 3. X. de post. pral. c. 10. X. de renunc.*

UXOR. 1. Uxor forum & domicilium viri seqvitur, non vir uxoris, *l. 19. de jurisd. l. 85. de judic.*

2. Uxor pro marito conveniri non potest, *t. t. C. ne ux. pro mar.*

SOLI DEO GLORIA.





